



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1657**

Appendix Constitvtionvm Synodalivm Osnabrvngensivm, Sub  
Reverendissimo ac Illustrissimo Principe Ac Domino D. Francisco  
Gvilielmo, Episcopo Osnabrvngensi, Ratisbonensi, Mindensi, Ac Verdensi, ...  
Post, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

DIOECESANA SYNODVS  
OSNABRVGENSIS  
DECIMASEXTA,

Præsidente Reverendissimo & Illustrissimo  
Principe ac Domino,

D. F R A N C I S C O  
G V I L I E L M O,

EPISCOPO OSNABRVGENSI,  
RATISBONENSI, MINDENSI  
AC VERDENSI,

S. Romani Imperii Principe, Comite de Wartenberg &  
Schaumburg, Domino in Wald & Hachenburg, &c.

CELEBRATA OSNABRVGI

Anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo sexto, feria  
tertia post festum S. Remigii, quæ erat dies tertia  
mensis Octobris.



DIOECESANA SYNODVS

OSNABRUGENSIS

DECIMASEXTA

Præsidente Reverendissimo & Illustrissimo  
Principe ac Domino

D. F. R. A. N. C. I. S. C. O.

G. V. I. L. I. E. L. M. O.

EPISCOPO OSNABRUGENSI,

RATISBONENSI, MINDENSI

AC VERDENSI

S. Romani Imperii Principe, Gemine de Warthenberg &  
Schramburg, Domino in Wald & Hachenburg, &c.

CELEBRATA OSNABRUGI

Anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo sexto, feria  
tertia post festum S. Remigii, id est diei tertio  
mensis Octobris.



**O**rdō & Carimonia hujus Synodi eadem fuerunt, quæ præcedentibus, proinde eas hic repetere necesse non est: Sacrum etiam de Spiritu Sancto, ab ipsamet Illustrissima Sua Celsitudine decantatum, uniuersoque Clero Communio distributa.

SESSIO PRIMA.



**A**D locum Synodalem ubi peruentum, Synodus, ut alias, eorum presentium consensu aperta est, moxque ad petitionem Officialis deputati sunt ab Illustrissimo Synodi Promotores: D. Everhardus à Nehem, Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, ac I. S. C. Capellanus Episcopalis in Melle, & Bernardus Matthiæ à Campo, SS. Theologiæ Doctor, Canonicus ad S. Ioannem: Ad officium Secretarii, Actuarii, Notarii, iidem denominati sunt, qui in Synodo præcedenti.

Quibus suo loco confidentibus, allocuta est S. C. Clerum ex Pontificali, per verba, Venerabiles Sacerdotes; mox promulgatum decretum de non discedendo, reproductæ citationes, lectus ad instantiam primi Promotoris totius Cleri catalogus.

Ex lecto hoc catalogo cum plurimi inuenirentur absentes, Illustrissima Sua Celsitudo, urgentibus Promotoribus, decrevit debere contra inobedientes, prout juris est, procedi, mandauitque illis quorum interest, ut procederent: Tum præceptum legi ex prima Synodo 1570, 13 Ian. celebrata, Ioannis de Hoja Episcopi decretum, de duplici quotannis habenda Synodo, de obedientia, ad quam tenerentur; & de multa absentibus imponenda: Adjungendo, se nihil in hoc noui facere, sed vestigiis piorum Suorum Antecessorum insistere.

Demum, hac absentium contumacia non obstante, decrevit proseguendam Synodum; prout factum est, & secundum consuetudinem præcedentium omnia observata & acta.

Subiunxit I. Sua Celsitudo sermonem, in quo remonstrauit, se anno 1651 in Synodo vernali, post restitutionem Episcopatus ex manibus Hostium, Clerum suum admonuisse serio de resarcienda Ecclesiæ Osnbrugensis fabrica spiritali: Et quatuor illius columnas, quibus innititur, nempe Cleri primarii, secundarii secularis; item Regularis; ac demique Parochorum reformationem, zelum, animo, laboresque necessarios explicuisse: dolere se, quod adhuc perfici hæc fabrica resarci-rique pro voto suo, ac necessitate non potuerit. Proinde se uti verbis Nehemie, 2 Esdr. c. 2, Venite, ædificemus muros Ierusalem, & non simus ultra opprobrium, &c. Omnibus in manus trullam necessariam ad labores, in aëtera gladium contra hostes, &

spiritualem, & si opus, temporalem. Inquisiuit duas causas, cur hæc fabrica hæc perfici non potuerit. Primam posuit in contradictione quorundam, qui statutis Synodalibus se opponunt, allegando quasi Concilium Tridentinum non fuisse in hac diocesi debitè, aut integrè promulgatum, ac receptum. Quod falsum esse demonstrauit ex Synodo prima Ioannis de Hoja Episcopi, celebrata Anno 1571, 20 Martii, actisque illius penes capitulum asseruatis: Ex Synodo item Cardinalis Zollerani, Anno 1625, 4 Martii. Demique ex Sua de Anno 1628, 28 Martii, docuitque de consensu & Capituli, & totius Cleri, qui id sine contradictione his tribus Synodis semper recepit. Increpauit etiam valde zelose nonnullius damnandum & execrandum dictum, Huic scilicet Episcopo obtemperandum; alia tamen tempora ipso decedente superventura, que libertatem pristinam vivendi reducant. Ostendit indignitatem talis dicti, talis propositi, grauius exaggerando, quale quantumque sit peccatum.

Alteram impedite fabricæ causam, rejecit in secundam sessionem.

Finito igitur hucusque sermone, demandata est Secretario lectio generalium decretorum: prout moris.

Ad decretum septimum, de oratione pro Defunctis, lecta sunt eorum nomina, qui ab ultima Synodo ex Clero obierunt. Videlicet:

Admodum Reverendus D. Hermannus Holtappellius, Canonicus, Senior, & Scholasticus ad S. Ioannem.

Rmus. & Amplissimus in Christo Pater ac Dominus, Egidius, Episcopus Aureliopolitanus, Præpositus in Cranenburg: Rmi. & Illmi. Principis & Episcopi Domini Nostri Clementissimi in Pontificalibus Vicarius: Serenissimorum Electorum Coloniensis, & Ducis Neoburgici Consiliarius, &c.

D. Joannes Coverden, Vicarius SSmæ. Trinitatis ad S. Ioannem.

Tum, per solutis consuetis precibus, interlocuta est Sua Celsitudo:

Charissimi, cum cras incidat Festum Sanctissimi & Seraphici P. Francisci, cui multi ex vobis specialiter addicti sunt, atque imprimis ego: hinc hoc decretum hac vice ita declaro, ut omnes & singuli presentes sacro, pro Defunctis cras hora septimâ cantando, in cathedrali Nostra Ecclesia intersint: de festo S. Francisci Missas legant, memores jam denunciatorum Defunctorum, aliorumque



ex congregatione nostra, & pro iis domum reversi  
sacrum de Requiem, proximâ die non impediri  
certo celebrent: Decani etiam desuper semper ab-  
sentes moneant, ne hæc pia & salubris cogitatio &  
mandatum intermittatur, unicuique alias ipsi &  
necessarium, & profuturum.

Ad decretum Octavum de professione fidei  
facienda eandem emisserunt ad manus Ill<sup>mi</sup>.

Benedictus Slaun	} Vicarii in Cathe- drali.
Matthias Schwartz.	
Fridericus Staël	
Bernardus Slaun	} Vicarii ad S. Joan- nem.
Rabanus Heisterman	
Joannes Loleman	
Rottgerus Osterman	
Bernardus Bannir	

P. Joannes Hanlo Pastor in Rulle.

Jodocus Klespe	} Alumni.
Joannes Tuschewald	
Jacobus Reckfels	
Gerardus Badde	

Ad decretum Nonum de Decanis. *Isra-  
mentum consuetum præstitit Decanus Fürstena-  
viensis P. Joannes Wenninck Ordinis Cister-  
ciensis, Pastor & Confessarius Monialium in  
Berfenbruck.*

*Peracta decretorum lectione, rogata est per Secre-  
tarium Synodalem ab Ill<sup>mo</sup> conclusio hujus, & indi-  
ctio novæ sessionis, quæ ad horam secundam pomeri-  
dianam fuit promulgata, præsentique cum benedi-  
ctione communi dimissa.*

## SESSIO SECUNDA.

**A** Vdito hora secunda sono majoris cam-  
panæ, perrexit ad Ecclesiam Ill<sup>mi</sup>, &  
secundam sessionem juxta Pontificale  
inchoavit.

*In loco Synodali postquam allocutus  
esset Ill<sup>mi</sup> Clerum ex Pontificali, continuavit ma-  
teriam sermonis Synodalis, declaravitque causam*

*alteram, quæ fabricæ perfectionem impeditur;  
scilicet inobedientiam nonnullorum, ponendo ob ocu-  
los qualem obedientiam quisque de clero debeat Con-  
ciliis, Canonibus sacris, Synodis, Episcopo suo,  
aliisque Superioribus, &c.*

*Sermone habito, Secretarius accepit mandatum  
promulgandi specialia decreta, quæ sequuntur.*

## DECRETA SPECIALIA SYNODI AVTVMNALIS

tertiæ Octobris, 1656, Osnabrugi.

### DECRETVM I.

*Instructio Parochorum, & aliorum qui  
morientibus assistunt.*

**Q**UM didicerimus multos ex Pastro-  
ribus Capellanisque circa mori-  
bundos, aut supplicio afficiendos,  
non eam curam gerere quam de-  
berent, & ad quam in conscientia  
tenentur, hinc necessarium duximus, sequen-  
tem modum ipsis, juxta consuetudinem alia-  
rum Dioecesium, respectivè, & ad normam  
veri Pastoris præscribere: Non tamen veta-  
mus, si alias pias admonitiones exercitiaque,  
pro suo zelo, ex approbatis Auctoribus adhi-  
bere velint, quin iis secundum circumstantias,  
personarum, locorum, & temporis uti pos-  
sint. Composuit autem de hac materia aureum  
libellam Joannes Polancus S. I. Cujus capita  
compendiosè subjiciemus.

§. 1.

*De iis quæ pertinent ad eum qui juvat  
morientem.*

**Q**UI talem juvandi morituri provinciam  
suscipit, sciat se maximi momenti rem ag-  
gredi, ubi nempe de summa rerum agitur.  
Quippe cum mors unicuique semel tantum  
accidat, irreparabilis error sit necesse est, si  
quis hic committatur. Quare sacerdos 1. Im-  
becillitatem suam humiliter agnoscat. 2. So-  
lam spem in Deo collocet. 3. Juvandi deside-  
rium habeat vehemens. 4. Pro morientibus  
tam quibus ipse assistit, quam aliis in univer-  
sum, Deum sæpe oret. 5. Præmeditetur res  
dicendas, modum, ordinemque concipiat pro  
diversitate personarum, aliter cum doctis, ali-  
ter cum indoctis, aliter cum cholericis, &c. tra-  
ctando. 6. Non contextu uno omnia dicat,  
nec propter, sed partim interrogando,  
partim audiendo, partim discurrendo, per se,  
& per alios suaviter absolvat. 7. Cognoscat  
statum infirmi, ejusque qualitates, vel in via,  
dum



dum ad eum accedit, inquirat. 8. Primo accessu humaniter eum salutat, dolore ac compassionem demonstrans. 9. Loquentem patienter audiat. 10. Caveat ne tædio eum quovis modo afficiat. 11. In omnibus ita benignum, & charitativum se ostendat, ut infirmus sacerdotem amore prosequatur, libenter audiat, ultro eum ad se vocet, vel admittat facillime.

## §. 2.

*Infirmus primo omnium in spiritualibus juvandus.*

PRIMA cura sacerdotis sit, inquirere num infirmus credat ea quæ necessitate tam mediæ, ut Deum esse, & inquirentibus se remuneratorem esse, Christum item & SS<sup>am</sup> Trinitatem; quam præcepti, ut symbolum, orationem Dominicam, Præcepta Decalogi & Ecclesiæ, Sacramenta maxime necessaria, credi debent. Tum ad confessionem, communionem, satisfactionem, demum etiam ad extremam unctionem inducere laboret. De his autem non ex abrupto statim dicere incipiat, sed captâ occasione ex iis, quæ ipsemet infirmus dixerit aut responderit.

## §. 3.

*Qualiter confessio persuadeatur.*

CONFESSIOnem, si opus fuerit, etiam generaliter persuadebit ex sequentibus. 1. Quia est remedium animæ. 2. Quia ad salutem necessaria. 3. Quia ad solam peccatorum remissionem instituta. 4. Quia sine poenitentia peccatorum venia impossibilis. 5. Quia ira Dei in peccatores terribilis & certa. 6. Vindicta ac damnatio indubitata. 7. Quia Deus impoenitentibus justus, poenitentibus misericors. 8. Quia jam merendi tempus. 9. Quia status infirmi & cujusvis peccatoris periculosus. 10. Quia jam sensus infirmi vigent, qui paulo post hebetari queunt, aut obscurari. 11. Quia infirmitas sæpe poena peccati, quo ablato poena cessat, sanitas redit. 12. Quia ex confessione sequitur mirabilis conscientia quies, securitas & consolatio. 13. Quia confessio decet Christianum hominem, sine qua nec Christianus est, nec Christianorum sepultura aut suffragiis dignus. 14. Imò confessio existentibus in periculo mortis necessaria est, sub poena peccati mortalis, damnationis & maledictionis æternæ.

## §. 4.

*Quomodo persuadenda contritio.*

CONTRITIONem infirmo persuadere potest ex illis: 1. Quia per peccatum Deum offendit, de cujus majestate Cæli, Angeli,

Dæmones, & universus orbis contremiscunt. 2. Deum offendit, qui mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit. 3. Deum offendit, qui est summè bonus & misericors, à quo tot tantaque beneficia accepit; quippe quod creatus est, quod ejus sanguine redemptus; quod catholicus, non hæreticus, quod post tot peccata non statim occisus, mortuus, damnatus; quod tot corporis & animæ comoda habuit, incommoda evasit; Hæc gratum animum requirebant, at peccato ingrattissimus extitit, malum pro bono reddidit; nec tamen Deus benefacere cessavit, neque adhuc cessat, sed diem & horam ei prorogat, quo peccata sua deslere possit. 4. Quia justitiæ divinæ Zelus tantus est, ut ne minimum peccatum, ne verbum ociosum impunitum sinat; huc spectat exemplum Luciferi, Sodomæ, Gomorræ, Diluyii, Datan, Abiron, Ananiæ & Saphyræ, &c. 5. Quia tanta est abominatio peccati, ut propter illud puniatur, qui alioquin dilectissimus esset Deo, tormentis inferni sempiternis. 6. Quia contritio est necessaria pars poenitentia.

## §. 5.

*Ex quibus satisfactio ac restitutio persuaderi possit.*

SATISFACTIO, quæ Deo debetur, fit contritione, confessione sacramentali, oratione, jejuniis, elemosyna. Quæ proximo fieri debet, versatur circa remissionem offensæ, vel restitutionem alieni. Remissio offensæ persuaderi potest ex infra dicendis; Restitutio ex istis: 1. Quod alioquin peccatum non dimittitur. 2. Quod bona iniqua sæpe alia absorbeant. 3. Quod nihil secum auferet quam animam, virtutes & peccata. 4. Quod etiam de obolo injuste possessis sæpe non gaudeat tertius hæres. 6. Quod male parta, male dilabuntur. 7. Quod, propter injusta bona parentum, Deus sæpe maledicit toti generationi spiritualiter & temporaliter. 8. Quod propter filios aut respectum hominum, nemo debet damnare animam suam in æternum, quia filius, aut quisquam alius non teneret forte unum digitum in ignis ardore per mediam horulam, nedum æternaliter animam simul & corpus. 9. Quod filii & hæreses sæpe sunt ingrati, nec memores beneficiorum illius, à quo tot divitias acceperunt; Ergo ipsemet animæ suæ benefaciat, nec aliis committat, quorum incerta est executio, sed quod tunc factum velit, jam fieri curet, ac faciat.



## §. 6.

*Infirmus iuvandus etiam in temporalibus.*

POST spiritualia in temporalibus quoque adjuvandus est infirmus. 1. Uxori (si habeat) prospiciat de dotis restitutione, victu & aliis: Liberis, de piis tutoribus; recta institutione; educatione. Filiabus nubilibus de matrimonio seu monasterio; servis de salario, seu recompensatione exhibitæ servitutis; Creditoribus de solutione. 2. Si tutelam, bona Principis, Communitatis vel alia administravit, si officium publicum gessit, de quibus reddenda est ratio, fiat, dum tempus durat & ratio. 3. De sepultura sua modum statuât, superflua prohibeat. 4. Testamentum faciat legibus conforme, in quo hæredes unum vel plures instituat; Uxori, liberis, creditoribus, ministris, pauperibus provideat; vel si testamentum jam factum sit, videat an in eo aliquid de supradictis addere, detrahere, commutare necesse sit? An in eo pauperum, vel Ecclesiarum, vel aliorum piorum locorum, aut miserabilium personarum mentio? Testamento Executores, qui prudentes, periti ac bonæ conscientiæ sint, constituat.

## §. 7.

*Quid si infirmus jam omnia necessaria adhibuisse dicatur?*

SI quis Parochus vel Sacerdos accedit aut vocatur ad infirmum, qui jam confessus esse, & alia fecisse dicatur, videat tamen an aliquid in eo desiderari adhuc possit. 1. Circa sacram communionem. 2. Confessionem. 3. Restitutionem famæ vel bonorum. 4. Contritionem. 5. Pacem componendam aut stabilendam. 6. Testamentum faciendum, vel corrigendum. 7. Extremam unctionem capiendam. 8. Consolationem ei dandam. 9. Circa alia, quæ ab ipsomet infirmo intelligere licebit. 10. Circa ea quæ sequentibus §§. continentur, &c. Quæ quidem omnia diligenter suppleri curet, suppressa semper nimia spe temporalis vitæ, ne à recta moriendi dispositione retrahatur infirmus.

## §. 8.

*Quomodo circa fidem quis iuvetur?*

QUI circa fidem, vel articulum ejus aliquem errare noscitur, aut dubitare, iuvandus est. 1. Expositione articuli illius. 2. Autoritate Sacræ Scripturæ. 3. Autoritate SS. Patrum, Conciliorum, &c. 4. Professione fidei. 5. Recitatione Symboli Apostolorum, Sacerdote prælegente per modum orantis. 6. Si doctus sit infirmus recitatione

eiusdem Symboli per modum se Deo commendantis, Deo se offerentis, Deum obsecrantis, gratias agentis &c. dicendo v. g. commendo, offero me tibi, Miserere mei; Gratias ago tibi JESV Christe, qui pro me passus, crucifixus, mortuus, sepultus &c. qui venturus es iudicare, & mercedem reddere unicuique juxta opera sua, ideoque per intercessionem B. Mariæ omniumque Sanctorum, conservare me digneris in sancta Romana Ecclesia Catholica, dare remissionem peccatorum, per veram eorundem confessionem, & contritionem, ac demum absque purgatorii poenis vitam æternam, &c. sic in singulis articulis alios immiscendo, præsertim de quibus infirmus dubitare putatur.

Qui circa fidem (quod Diaboli inspirationibus accidere solet) tentatur, uti potest, 1. Unica & generali solutione, Credo quicquid credit sancta Mater Ecclesia. 2. Protestatione fidei, qua se in Catholica fide permanere, vivere, mori, nec latum unguem ab ea discedere velle, expressis verbis coram testibus declarat. 3. Generalibus argumentis, 1. ab exemplo tot millium sanctorum, propter hanc fidem, & in ea mortuorum. 2. à testimoniis Dei, Angelorum, Sanctorum. 3. à miraculis in hac fide, & ob eam editis. 4. ab antiquitate, quæ etiam cognosci potest in Ecclesiis, Monasteriis, Episcopopatibus ab Hæreticis jam dudum destructis, à quibus olim tot sancti viri prodierunt; à perfectione disciplinæ Christianæ.

## §. 9.

*Quomodo iuvetur quis circa spem.*

QUOD si infirmus circa spem errare vel tentari dignoscitur, vel quia frigidus est in spe erga Deum, vel quia sibi nimium præsumit, vel quia nonnihil diffidit ac desperat, sequentibus opus est remediis. Qui frigidus est, 1. excitari in eo debet desiderium æternæ beatitudinis: quod fieri solet exaggerando calamitates, misérias & labores præsentis vitæ, laudando vitam cœlestem à visione Dei, à societate SS. Angelorum, & multorum millium Electorum, ab immortalitate, à securitate, à gaudiis & consolationibus infinitis, & inenarrabilibus. Augeri spes consequentiæ beatitudinis potest; 1. Per considerationem bonitatis Dei, qui ita bonus est, ut licet per peccatum infinite offendantur, tamen non vult mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur & vivat. 2. Per considerationem Passionis & meritorum Christi. 3. Per contemplationem tot intercessorum B. M. Virginis Angelorum omnium SS. 4. Per breves quasdam & devotas oratiunculas. 5. Per excitationem contritionis &c. Qui excedit in spe,



ac nimium de operibus suis præsumit, refræ-  
nari debet. 1. Quod non ex operibus iustitiæ  
quæ fecimus nos, sed secundum misericor-  
diam suam, salvos nos facit Deus. 2. Quod  
in bonitate Dei, & meritis Christi, figenda est  
anchora spei nostræ. 3. Quod soli Deo hon-  
nor & gloria, nobis autem confusio propter  
peccata nostræ, quæ propriè nostra sunt.  
4. Quod bona, quæ egimus, Deo in acceptis  
referenda. 5. Quod licet fecerimus omnia,  
tamen servi inutiles sumus. Qui vero nimis  
præsumit de misericordia Dei, nec de pecca-  
tis videtur compunctus, dirigendus est ad  
contritionem.

Sin autem diffidentia & desperationis vi-  
tio laborare videtur, inquirenda est causa dif-  
fidentia: ac 1. Si oritur forte ex affectu pra-  
vo odii, inimicitia, usuræ, malæ conversatio-  
nis, voluntatis non restituendi aliena: aut ex  
peccato in confessione omisso, vel non satis  
explicato; removendum est impedimentum  
& affectus per ea quæ infra habentur. 2. Si  
diffidentia provenit ex pusillanimitate naturæ,  
vel memoria peccatorum præteritorum, vel  
tentationibus Dæmonis, animari debet infir-  
mus. 1. Ex parte Dei: quia Pater est, quia  
miserationum ejus non est numerus, quia pa-  
tiens, benignus, longanimis & multum mise-  
ricors, & præstabilis super malitia: quia pro  
nobis Filium suum unigenitum dedit. 2. Ex  
parte mediatoris ipsius Christi Domini No-  
stri, quia peccata nostra tulit, & iniquitates  
nostras ipse portavit. 3. Ex multitudine Ad-  
vocatorum Cœlestium. 4. Ex parte promif-  
sionis Dei. 5. Ab exemplo Davidis, Petri,  
Pauli, Matthæi, Magdalenæ, Latronis, alio-  
rumque, qui ex magnis peccatoribus magni  
Sancti effecti sunt. 6. Ex bonis operibus quæ  
fecit. 7. Brevibus ac piis oratiunculis.

## §. 10.

*Circa charitatem qualiter quis  
juvandus.*

Non minus elaborandum est Sacerdoti,  
ut infirmum in charitate Dei inflammet,  
per quam fides firmatur, spes erigitur, pa-  
tientia in adversis administratur; Excitabitur  
autem ad amandum Deum per sequentes con-  
siderationes. 1. Propter perfectionem & ex-  
cellentiam Dei, nimirum Sapientiam, virtu-  
tem, pulchritudinem, nobilitatem, bonita-  
tem, felicitatem, omnipotentiam &c. 2. Pro-  
pter prævenientem ejus dilectionem, quia  
ipse prior dilexit nos, magis quam pater fi-  
lium, sponsus sponsam, amicus amicum.  
3. Etiam fera animalia ad redamandum cogere  
solent. 4. Propter beneficia gratiæ & redem-  
ptionis. 5. Propter beneficia gloriæ in  
cœlis præparatæ. Præterea amor accendi po-  
test per exempla Sanctorum, per breves ora-

tiunculas amore plenas, per excitationem  
contritionis, &c. ut supra.

Ad excitandam autem fidem, spem, chari-  
tatem, contritionem, conducit aliquando ut  
sacerdos accepto in manus Crucifixo per sin-  
gula ejus membra ac partes materiam dicta-  
rum virtutum suggerat, & quasi ad oculum  
infirmo demonstret, addendo subinde nervo-  
sas & accommodatas quasdam precatiuncu-  
las.

## §. 11.

*Quomodo juvandus qui nimio hujus  
vitæ amore detinetur.*

IS qui vitæ hujus nimio amore ægrè mori-  
turus deprehenditur, disponendus sequen-  
tibus. 1. Statutum est omnibus hominibus  
semel mori. Et morsque differtur non aufer-  
tur, & quæ jam amara esse videtur, alio tem-  
pore erit amarissima, cum forte minus dispo-  
situs fueris. 2. Voluntas Dei est, cui nos de-  
bemus subiicere, ad exemplum Christi Do-  
mini in horto orantis. 3. Consolari nos debet  
bonitas divina, ex cujus dispositione (ut ait  
S. Chrysostomus) boni tunc decedunt ex hac  
vita cum meliores sunt, mali cum minus mali  
quam futuri erant, si adhuc viverent. 4. Mors  
bonorum preciosa in conspectu Domini, ideo-  
que non Mors, sed transitus ad meliorem vi-  
tam appellatur. 5. Superantur per mortem  
omnes miseriam vitæ hujus miseriam, quibus  
nec unâ horâ vacuus est homo. 6. Patriar-  
chæ, Prophetæ, alique viri sancti veteris te-  
stamenti, summo desiderio optabant, expe-  
ctabant, & acceptabant hanc mortem; quæ  
tamen illius temporis sanctos non ad cœlum,  
sed ad limbum transmittibat: quanto magis  
nos Christiani! 7. Militia est vita humana su-  
per terram; finis autem belli, pax: sic finis  
vitæ fidelium, requies, gaudium sempiter-  
num. 8. Multi sancti Dei optabant mortem,  
imo seipsos morti ultro objiciebant.

## §. 12.

*Quomodo qui nimio rerum temporalium  
affectu laborat, juvetur.*

QUI mori renuit ob rerum temporalium  
affectum, puta dignitatum, divitiarum,  
voluptatum, uxoris, filiorum, amicorum &c.  
juvari potest partim per remotionem earum  
rerum, quæ hunc affectum nutrire possunt,  
qualis est aspectus personarum quas diligit;  
partim per rationes temperantes hunc affe-  
ctum. 1. Affectus carnalis affligit hominem  
sine fructu, imo noxius est, cum impediatur  
præparationem ad mortem; à qua dependet  
æternitas. 2. Post mortem, iis quos diligit,  
plus prodesse apud Deum poterit quam nunc.  
3. Deo committenda temporalia, qui tan-  
quam



quam fidelis tutor, novit omnibus optimè prospicere. 4. Filiorum est Deus magis pater, quam homo: qui ideo paternam providentiam de eis habebit. 5. Iter agentibus omnis sarcina impedimento est, ideoque abjiciendus affectus, & inutilis sollicitudo temporalium, quæ hominem gravare possunt ad Deum profecturum. 6. Omnia temporalia non donata sunt nobis, sed concessa, ut per ea, tanquam per instrumentum, ad finem creationis nostræ, quæ est visio beatifica Dei, contendamus. Si cælum acquirimus, quare doleamus si instrumenta amittimus? Afferi possunt exempla, in primis Christi Domini, qui nudus in cruce mortuus est; Postea sanctorum, qui ut exuti terrenis affectibus morerentur, monasteria & eremos ingressi sunt, temporalia omnia relinquentes.

## §. 13.

*Quomodo impatientes juvandi.*

**I**mpatientes infirmi sedari & refrænari possunt, si cogitent quod impatientia non sublevari, sed auget malum, imò minus patitur qui voluntariè malum amplectitur. 2. Impatientia tollit meritum patientiæ; & imprudenter facit, qui non facit de necessitate virtutem, ut patiat cum merito id ipsum, quod sine merito aliàs pati cogitur. 3. à Deo Patre venit omne malum, qui quem diligit castigat, flagellatque omnem filium quem recipit. 4. Infirmitas punitio peccati est: fatius autem hic uratur, hic fecerit Deus ut in æternum parcat; imò unius horulæ dolor, cum patientia hic toleratus, plus meretur quam dolores plurium forte mensium in purgatorio. 5. Licet Deus affligat sæpe hominem, cum ipso tamen est in tribulatione, faciens cum tentatione proventum. 6. Mittantur afflictiones, ut virtus patientiæ, humilitatis, fidei, spei & charitatis probetur, & crescat cum patientia meritum. Huc referantur exempla Iob, Tobie, David, SS. Martyrum, & præsertim Christi crucifixi.

## §. 14.

*Quomodo qui mentis impotes esse putamur.*

**S**i jam mentem amisisse videtur ad quem accessit Sacerdos, 1. interroget adstantes, an infirmus Sacramenta sumplerit, resque suas disposuerit. 2. Si nihil horum, variis modis compelleret ægrotum ut eum excitet, 3. qui signum emisit explicet ei periculum, in quo versatur: interrogando an confiteri & alia Sacramenta accipere cupiat. 4. Si annuit, audiat eum; si loqui nequit, examinet eum de quibusdam peccatis probabiliter commissis, & ut nutu respondeat hortetur, brevissime

singula percurrando. 5. Si tempus fert, quærat an aliena habeat, quæ restitui velit: quo annuente vocentur hæredes, aut testes, quibus præsentibus explicetur eis mens infirmi, eodem signis respondente. 6. idem fiat circa restitutionem famæ, compositionem pacis, &c. omnibus expeditis quantum per tempus & conditionem infirmi licuit, detur ei absolutio à censuris, & peccatis etiam reservatis, &c. Moneri quoque potest de testamento saltem nuncupativo, præsentibus duobus aut tribus testibus, ore tenus signis, aut nutibus conficiendo vel corrigendo. 9. Item de Sacramentis Eucharistiæ (si sumptionem nihil impediatur) & extremæ unctionis per eum accipiendis: suggeri subinde queunt jaculatoriæ quædam precatiunculæ ad Christum D. ad B. Virginem: quibus animam suam commendet Deo, peccata deplorat, contritionem excitet, fidem Catholicam protestetur.

Quod si ulum rationis amisit, sed prius Sacramenta petiit verbis, aut signis (ut puta manus elevando, pectus tundendo) licet magnus fuerit peccator, præsumitur contritus: & potest ei dari absolutio. In summa, prout variè affectus esse potest infirmus, ita variè paratus esse debet parochus, sive omnia simul necessaria adhibenda sint, sive aliqua tantum supplenda, sive imperfecta quædam & defectuosa corrigenda, in quibus id potissimum observabit, ut ubi periculum in mora est, semper quæ magis ad necessitatem salutis spectant, prius pertractet.

## §. 15.

*Quomodo juvetur, qui lethaliter vulneratus est?*

**S**imiliter fiat cum lethaliter vulnerato, vel alio qui usum rationis quidem habet, sed ad breve tempus. Illi enim 1. persuadenda est confessio, saltem eorum, quæ conscientiam illius magis gravant. 2. Remissio offensæ. 3. Contritio. 4. Si tempus suppetit, Eucharistia & Extrema unctio. 5. Dum hæc parantur, videri posset de testamento, de casibus restitutionis: eaque pariter ordinari coram hæredibus, vel aliis testibus. 6. si non esset solvendo, proponat saltem, quod, si Deus vitam daret, quomodocunque posset, solveret. Quæ cautela ubique observetur. 7. Petat suffragia & orationes piorum locorum &c. Mittat ac dari faciat eleemosynas. 9. Quandoquunque infirmus etiam in media confessione agonizare inciperet, detur ei absolutio ab omnibus censuris & peccatis cuicumque reservatis.

## §. 16.

*Quomodo, qui confiteri nollit.*

**S**i quis infirmus confiteri nollit, 1. juvetur consanguineorum vel amicorum charitate,



te, adhortationibus, eleemosynis, orationibus, Missis, 2. accersatur, vel ultro accedat Sacerdos, qui 1. amanter saluret infirmum, de morbo interroget, compassionem præ se ferat; ut amoris significatione conciliet sibi benevolentiam. 2. hortetur eum, ut pro remedio confugiat ad Deum, qui sæpe per morbos hoc agit, ut qui obliviscebantur sui Creatoris, hoc stimulo excitati ad ipsum refugiant. 3. paulatim ad persuasionem confessionis & contritionis descendat, de quibus supra. 4. si nulla ratione ad confessionem induci valet, curet intelligere causam ejus rei: accidere enim id potest vel ex infidelitate, vel hæresi, vel desperatione, ob vitam malè actam, & gravia peccata à multis annis non confessà; vel ex pacto cum Dæmone inito; vel ex affectu pravo odii, inimicitiae, vindictæ, usuræ, personæ inhonestæ, vel ex acedia & horróre difficultatis confitendi.

## §. 17.

*Quomodo jvari debet in quo infidelitas, vel hæresis deprehenditur.*

SI propter infidelitatem vel hæresin confiteri detractat: primo interrogetur an putet Catholicos salvari? si neget, absurdum erit tot millia hominum à Christo in hæc usque tempora, qui pietati & virtutibus dediti fuerunt damnatos dicere: si affirmat, quare ergo ipse in fide catholica mori formidat? addi possunt, notæ Ecclesiæ nostræ orthodoxæ, quod nimirum sit catholica seu universalis, tam quoad omnia tempora, quam loca; quod sit antiquissima, & nunquam interrupta; quod successione Episcoporum ab Apostolis deducta; quod sit unio membrorum inter se, & cum capite suo; quod sit sanctissimorum virorum clara, & miraculis à Deo ipso, qui nec fallere nec falli potest, luculenter confirmata. Subjungantur ea quoque quæ affectus movent: carentia sepulturæ, infamia, cruciatus infernales sempiterni.

## §. 18.

*Quomodo desperatus.*

SI ex desperatione renuit confiteri accipiantur remedia, 1. si totius mundi peccata, dæmonum simul & hominum, in uno homine conjungerentur, tamen in abyssu misericordiæ Dei per poenitentiam in nihilum absorberi, & unà guttâ sanguinis Christi lavari posse. 2. Si homo faciat quod in se est, Deus nunquam deest.

## §. 19.

*Quomodo qui pactum cum dæmone iniit.*

SI pactum cum dæmone ægrum detinet à confessione, 1. exaggeret ei periculum

damnationis in quo versatur. 2. infamia. 3. excitetur in eo contritio & spes ut supra. 4. dicatur, dæmoni nullum pactum esse servandum, licet manu propria, ac sanguine firmatum, sed deceptorem decipi debere, confugiendo ad Deum & Dominum nostrum JESVM Christum, exemplo plurimorum, quibus per intercessionem B. Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum, etiam chirographum à Dæmone restitutum fuit. 5. ideo & ipse in sinum dictæ Virginis Sacratiss. se conjiciat, &c. Et licet dæmon, chirographum non reddat, non refert, dummodo infirmus de peccatis suis conteratur, veniam petat, eaque per dignam confessionem abluat.

## §. 20.

*Quomodo, qui inimicitias habet, jvandus sit?*

SI difficultas confitendi procedit ex affectu pravo odii, inimicitiae, bonorum personæ, &c. 1. Adducantur quæ, supra de satisfactione & restitutione dicta sunt. 2. significetur ei quod mors immineat, per quam omnia bona & corpus ipsum cum suis affectibus deserere cogetur. 3. quod nihil secum auferet, quam animam, bona & mala quæ fecit. 4. quod ante tribunal sistetur, redditurus rationem de actibus suis, accepturus sententiam sive æternæ beatitudinis, sive æternæ damnationis. 5. in remittenda offensâ & odio imitetur Christum, S. Stephanum & alios Sanctos, qui pro suis persecutoribus etiam orabant. 6. addantur, quæ timorem incutiunt poenarum. 7. si hæc non sufficiunt, addantur quæ spem excitant & charitatem. 8. aliqua etiam de fama & infamia, de bono nomine, de actibus heroicis, qui potissimum circa restitutionem & offensæ remissionem elucere solent, & hominum laudibus extolli.

## §. 21.

*Quomodo qui acedia vitio laborat.*

SI ex acedia procedit difficultas confessionis: 1. aperiatur infirmo vicinitas mortis. 2. damnationis periculum. 3. facilitas confessionis, offerendo suam operam in examinando, & ad redigenda ei in memoriam peccata, partemque poenitentiae pro eo (si opus fuerit) subeundam. 4. si nihil jvat, possit Sacerdos clam, semotis astantibus, per modum conversationis ægrotum interrogare de quibusdam peccatis probabiliter ab eo commissis, sensim ad particularia, species, numerum descendendo, & cum jam magnam partem fecit, monere infirmum, ut reliquum confessionis libenter absolvat, beneficium absolutionis jam jam accepturus.

e

## §. 22.



## §. 22.

*Quid si Sacerdos nihil efficiat ?*

SI nullo Sacerdotis ingenio ad confessionem induci potest, alii rogandi erunt, qui plus gratia, vel autoritate, vel doctrina, vel familiaritate pollent, ut veniant; faciendæ item orationes, Missæ, eleemosynæ; Ac cum demum confessio secuta fuerit, alia quoque tentari & fieri debent, quæ supra circa communionem, Extremam unctionem, restitutionem, pacificationem, Testamentum, adhibenda tradidimus.

## §. 23.

*Digressiones nonnunquam faciendæ ad circumstantes.*

PRO conclusione autem notet Sacerdos, ut dum infirmo loquitur, semper habeat rationem assistentium, faciendo quandoque digressiones ad eorum ædificationem circa frequentia: 1. commendet & inculcet frequentem usum Sacramentorum, & securitatem conscientiarum. 2. mortis memoriam & acerbitates. 3. miseriam humanæ vitæ. 4. temporarium rerum vanitatem. 5. temporis nobilitatem. 6. fructus virtutum. 7. horæ mortis incertitudinem. 8. libertatem cordis ab affectibus rerum humanarum. 9. alia quæ circa infirmum incidere solent & notari. 10. orationes, eleemosynas, Missas, curam & medicinas diligenter pro infirmo faciendas.

## §. 24.

*Modus consolandi eos, qui propter delicta sua ad mortem sunt damnati.*

PRIMO omnium observabit Sacerdos ea, quæ supra de iis, quæ pertinent ad eum qui juvat morientem, diximus &c. proinde Reo benignè salutato, captaque ex præmissis interrogatiunculis occasione, piè aliquid dicere incipiet, dicendique campum ingressus, omni studio adhibito eidem demonstrare conabitur, mortem imminuentem alacri, & patienti animo subeundam esse, sequentibus argumentis:

## §. 25.

*Quomodo mors patienter Reo subeunda persuadeatur.*

DEUS Opt. Max. cujus providentia totus mundus gubernatur, sic permittit, & jubet, ut reus ita moriatur, cognoscens quod hæc sola moriendi via ei expedire valeat ad salutem. Fiat ergo voluntas DEI.

Agnoscat Reus hanc ipsam mortem pro singulari Dei beneficio: quippe si in tot scele-ribus & peccatis subito, aut quomodolibet

obiisset, damnatus esset; quod periculum nunc fermè evasit dum præsciens mortem, tempus habet se disponendi, defendi peccata sua, illaque confitendi; quæ gratia vix ex mille uni conceditur.

Felicissimum est, & suavissimum hoc genus mortis: 1. quia mors in lecto plena est dolorum & cruciatuum, quorum causa plurimi vel impediti, vel spe convalescendi decepti, absque confessione moriuntur & damnantur. 2. mors subitanea calamitosissima est. 3. mors ex cæde seu vulneribus propter spem vindictæ, iracundiam, dolores, injurias, inimicitias, periculosa; hæc autem à morte Rei longissimè absunt.

Multi sunt, qui cum mori debeant, bene agere vellent, sed carent tempore, opportunitate, auxilio: Reo nihil horum deest. Hic offerat Sacerdos operam suam diurnam & nocturnam, usque ad ultimum spiritum Rei.

Semel mori necesse est, sive in lecto sive alibi. Quare ergò tantopere timet, quod evitari non potest? Faciat itaque ex necessitate virtutem, & quod propter delicta pati cogitur, libenter pro justitia, pro Deo, & pro fide ejus pati velle, paratus sit, ac parum aberit à martyrio.

Mors Rei multis proderit: aliqui enim ad bene vivendum incitabuntur, alii, opinionem malam de eo conceptam amittent, alii, quibus nocuit, reconciliabuntur, atque alii ad misericordiam commovebuntur.

Recenseri possunt horrenda aliquot Sanctorum martyria, quæ innocenter forti ac hilari animo pertulerunt; item aliqua de passione Domini, jungendo quædam exempla viro- rum illustrium, qui vel eandem mortem, vel atrociorẽ ob minora peccata patienter ob- verunt.

## §. 26.

*De confessione Rei.*

ET cum hoc hominum genus ferè nunquam aut rarè rectè confiteri soleat, ideo necesse omnino est eidem generalem confessionem omnium, quæ recordatur, peccatorum persuadere: quia oratione facilius etiam ad contritionem & patientiam excitari queat. Pro pœnitentia injungi aliquando Reo posset mors, qua plectetur, Absolutio detur ab omnibus censuris, & peccatis, quantumvis reservatis.

Ne tædio afficiatur Reus, collocutio Sacerdotis ultra duas horas qualibet vice non extendatur: expediatque ut pauci cum eo loquantur; & tempus ei concedatur, ad piè aliquid meditandum de gloria cœlesti, de judicio, de inferno, de Passione Domini; omnia tamen pro diversitate personarum intelligendo.

Si



Si circa fidem, spem, charitatem, contritionem, pacem, liberos, uxorem, bona temporalia adhortatione, aut dispositione opus fuerit, Sacerdos juxta ea, quæ cap. superiore dicta sunt, procedet.

## §. 27.

*Quomodo cum Reis obstinatis agendum.*

Quod si fortassis obstinatus sit Reus & ad pœnitentiam permoveri nolit: hortator 1. adhibeat, quæ suprâ de nolentibus confiteri, desperatis, aut alio vitio laborantibus, traduntur. 2. etiam genibus flexis rogando, animum ejus flectere conetur. 3. si nihil juvat: irato vultu ac verbis gravioribus agat. 4. industria judicis vel alterius cujuscunque utatur, quos, quid se absente agere debeant, instruat. 5. calcaria à metu pœnarum infernalium addet. Hic Reus digitum in candelam ardentem inferre deberet, ac per experientiam dicere, quæ inferni minima pœna esse possit. 6. per passionem ac tormenta Christi & Sanctorum Reus confundatur, quod eorum particeps fieri tantopere detrectet. 7. Pertinacia Rei Deo commendetur per orationes & Missas. 8. non desistat à cohortationibus Sacerdos, sed ad finem usque constanter perseveret, conando Reum vel in extremo vitæ articulo ad pœnitentiam perducere.

Si Reus odium in judicem, partem adversam, testes, aut quemvis alium habere apprehendatur, qui consolatur, laboret, id ei penitus evellere monendo, si forte tormentorum acerbitate, aut quomodolibet alterius famæ vel suæ detraxisset, seu falso quemquam accusasset, revocet coram judice, testibus, sive quocunque potest modo. Et si modus nullus appareat, sacerdoti coram aliquibus committat, ut loco & tempore commodis, nomine Rei id facere velit.

## §. 28.

*Observanda cum Reus ad supplicium ducitur.*

Cum Reus è carcere ad supplicium educitur, caveat Sacerdos, ne verbulum, vel quidquam dicat, innuat, aut faciat, per quod Reo mors quovis modo directe vel indirecte maturari & accelerari valeat; Imo si ab aliquo moneatur, vel interrogetur, immotus faciat quæ sui officii sunt in Reo consolando: alios alia agere sinat.

Præterea in educendo Reo observetur, 1. Ne nimium bibat, & per hoc inebrietur. 2. Ne oculis & animo evagetur: sed vel oret, vel pie aliquid audiat de gloria cœlesti, de Passione Domini, de constantia martyrum, de salute animæ suæ, vultu in Crucifixum fixo. 3. Cum nullo externo, multo minus cum

uxore, filiis, consanguineis loqui permittatur. 4. Sæpe interrogetur an adhuc aliquid conscientiam ejus gravet. 5. Ut majori cum alacritate mortem Reus perferat, sacerdos ei promittat orationes, Missas, &c. 6. Crux parva, seu crucifixus Reo sæpe exosculandus præbeat. 7. Si Reus genus mortis exhorrescere putatur, hortator, turpitudinem crucis, quæ in veteri Testamento fuit, exaggeret, Christum tamen in ea pependisse innocentem: Quare si anima ad cœlum evolet, parum curari de corpore debere, quod in cinerem redigitur, tam in sepulchro quam extra. Infamiam quoque hominum apud Deum sæpe honorem esse, quemadmodum & prudentia humana apud Deum stultitia est. 8. Usque ad extremum spiritum Reo semper pie aliquid suggeratur & inlacetur. 9. Si coronam quis habeat cum indulgentiis, Reo detur, donec expiravit. 10. Post obitum moneantur astantes, ut pro anima defuncti genibus flexis devote aliquid orare velint.

## §. 29.

*Quid Reo defuncto agat Sacerdos.*

Demum si Reus jam defunctus consanguineos habeat, Sacerdos eos accedere, & pariter consolari possit, referendo quam bene, ac sicut Christianum decet defunctus sit; & quod non tam inter turpiter multatos, quam inter Cives cœlestis curiæ numerari jam queat. Hæc ad consolationem morientium his duobus capitibus breviter sufficiant: quilibet pro suo ingenio, plura addere, hæc eadem ampliare & ex ipso fonte haurire poterit.

## §. 30.

*De officio Pastorum & Curatorum tempore Pestis.*

Bæatus Carolus Cardin. Borromæus Archiepiscopus Mediolanens. verum Speculum Pastorum tot tantaque posteris documenta, cum Anno Christi 1576, novem mensium spacio Mediolani pestilentia crudelissimè grassaretur, peculiari quodam libello reliquit, ut aliqua eorum ad communem Curatorum usum compendiose proponere omnino debeamus.

Ac principio quidem peroptandum foret, ut omnes Parochi & Curati tempore pestis tali spiritu, fervore, amore, resignata voluntate, sollicitudine, promptitudine & alacritate ad laborandum, succurrendum, juvandum, atque ad ipsam etiam mortem subeundam præditi essent, quali præfatum B. Cardinalem, eadem sæva contagione durante fuisse, in ejus vita, & rebus gestis Carolus à Basilica-Petri exemplis quamplurimis testatur. Qui quidem toto



libro quarto suæ historiæ tam admiranda & plena zelo animarum de sanctissimo illo Antistite commemorat, ut ea legere vel audire solum, acutissimum sane calcar sit, ad Parochos, peste grassante, ritè excitandos atque in officio suo continendos.

Plane ergo sibi persuasum pastores habeant, si ullo unquam tempore, illo maxime pastoris officium sibi incumbere, ut animam suam ponant pro ovibus suis: memores se, fugiendo eas, deserere non posse, nisi mercenarii esse, & peccatum mortale committere velint.

Ecquis autem obsecro, ea ipsa occasione metu mortis aufugiat, aut mortis periculum formidet? cum in singulari Dei cæli protectione Curatos commorari, dubium non sit; & si tandem eorum quemquam mori (quod semel necesse est) contingat, Martyrem fieri constet Ecclesiæ suffragio. Certe sanctos illos Presbyteros, Diaconos, aliosque plurimos Christianos, qui sub Valeriano Imperatore Alexandria peste horrendissima sæviente, morbo laborantibus ministrando mortem libentissime oppetierunt, S. Dionysius ibidem Episcopus, nec non & Romana Ecclesia pridie Kalend. Martii quotannis Martyrum triumpho concelebrat; Et in præfata Mediolanensis pestis clade, qua decem & septem milia hominum obiisse scribuntur, in tanto Parochorum & Sacerdotum numero, tres tantum ex iis, qui officium erga ægrotos non deseruerunt, defuncti sunt: Sed eorum nemo prorsus morbum ex sacris officiis, quæ infirmis tribuebat contraxit. Felices igitur qui ejusmodi periculosis temporibus, præter communem hominum sortem, vel peculiari Angelorum præsidio custodiuntur, vel si tandem eis mori accidat, abque Tyranni crudelitate, sine equuleis, sine ignibus, sine bestiis, omnique alia cruciatuum asperitate, martyrii palmam suavissima quasi morte consequi possunt.

## §. 31.

*Quid Parocho agendum Pests tempore.*

Suspicionem pestis existente, vel ea locum Setiam aliquem invadente, Parochus, 1. Populos suos pro concione fortiter animet, omnem ab eorum animis timorem propellendo. 2. Totis conetur viribus ut omnes ad confessionem & sacræ Eucharistiæ sumptionem inducat. 3. ad placandum iram Dei, & avertendum flagellum præsentis necessitatis, aliquas distinctis diebus processiones: Item orationem quadraginta horarum: Conventus in Ecclesiam quotidianos (dummodo locum pestilentia nondum invaserit, alias enim Processiones & conventus isti perniciosi essent, & cavendi) nec non & alia pietatis exercitia,

pro occasione & captu populi instituat. 4. Jejunia certis quibusdam diebus indicat. 5. Eleemosynas, & alia tam spiritualia, quam corporalia misericordie operæ indigentibus exhiberi, ac fieri curet.

Quosvis de rebus suis & testamento disponere, ac miserorum recordari moneat. 7. Progrediente morbi calamitate, Vota S. Sebastiano per populum fieri, urgeat: Voto se etiam ad festa Ecclesiæ rite servanda, ad choreas, seu alias loci consuetas levitates abrogandas, & ad familia adstringere possit. 8. A peccatis eosdem sermō & continuò revocet: ad virtutes & usum sacramentorum impellat. 9. Nihil intermittat quod ad populi salutem, conscientiarum securitatem, reconciliandum Deum, præsentemque necessitatem sublevandam expedire, ei videbitur.

Sacramenta Ecclesiæ pie petentibus administrare, sed absque ambagibus, quam potest brevissimè, non formidet: imo baptismum, poenitentiam, Eucharistiam denegare haud potest cuiquam legitime non impedito; extremam verò unctionem, (cujus administratio cæteris periculiosior est) si conferre alicui lubens voluerit; non enim tenetur; in ea, præter sacras unctiones, reliqua omnia poterit omittere.

## §. 32.

*Præservativa adversus pestem.*

IN quibusvis autem sacris functionibus, sacramentorum collationibus, sive aliis actionibus suis, pestis tempore Parochus sequentia puncta observet quàm diligentissimè. 1. Ab omni hominum, ac præsertim ægrotorum, rerumque ad eos pertinentium contactu sedulo abstineat, iis solum tactibus exceptis, quos ex officio sacrarum administrationum adhibere debet. 2. In vestibus idem plane attendat, ne suæ aliorum vestes quomodolibet attingant. 3. In audiendis confessionibus, aliisque ægrotorum colloquutionibus, quantum fieri potest, inter se & ipsum ægrotum, ignem seu prunas, superpositis granis, vel ligno juniperi, aut alia re odorifera, intermedias poni faciat, ut ea quæ in aère est tabes absumatur. Si ignis haberi nequit, saltè aliquo ab invicem intervallo colloquentes distent: confessionesque sic, sed clauso ostio excipiantur. 4. Vbiq; caveat ne contra ægroti anhelitum vultu suo ex adverso consistat, sed eum semper cautè declinet. 5. Post singula sacra ministeria digitos aceto, vel cerei accensi flamma perpurget. 6. In exequiis Defunctorum ipsum funus, si quod comitari opus fuerit, longiori intervallo præcedat. 7. Semper aliquod aromatis genus fortem odorem spirantis in ore teneat. 8. Spongiam aceto imbutam, ac pilæ lignæ per-



perforatæ inclusam, vel pretiosum aliquod unguentum continuo secum deferat, & naribus odorandi causa identidem admoveat: tempora etiam ac nares aceto vel oleo juniperi sæpius inungat. 9. Quantum per sacra officia licebit, vacuum stomachum non habeat, nec tamen plenum, multo minus caput ebrium, ex quo sui ipsius, & totius populi certissimus sequatur interitus. 10. Ante omnia vero Sacerdos in gratia Dei constitutus sit, quæ alios docet verbo, ipse opere & exemplo prius compleat: singularem Pauperum curam teneat: Deum pro sua & gregis sui salute indefinenter oret: Castitatis, humilitatis, magnanimitatis, devotionis, patientiæ, temperantiæ, mansuetudinis, charitatis, & aliarum virtutum splendoribus cunctis præluceat. Atque hinc in tanta rerum calamitate, corpus & animam suam procul dubio ipse servabit, ac toti populo consolationem afferat non vulgarem.

## DECRETVM II.

*De clausura Monialium.*

**I**N dicta visitatione hac æstate à Nobis facta comperimus, in Monasteriis Monialium necdum clausuræ necessariæ provisum: Et uti Nobis non ignotum est, ab uno extremo ad aliud sine medio perveniri non posse, etiam abusus præcedentium annorum, præsertim belli tempore introductæ majoris licentiæ, ac libertatis non statim tolli: ita etiam ex officio Pastoralis, munereque Nostro Episcopali tenemur, ad clausuram, ubi non est, erigendam, vel ubi non perfecta servatur, quantum possumus, introducendam. Quare Nostri Commissariis & Visitatoribus serio præcipimus denuo, ut ei negotio diligentius intendant, ac, uti necessarium viderint, Nostro nomine fieri curent; Contradictores & opposites censuris compescant, etiam, si opus, brachium sæculare implorando. Quoad Monasteria exempta Superioriores Regulares non solum ad hæc omnia exequenda serio in Domino hortamur, verum etiam, uti Delegatus sedis Apostolicæ, sub pœnis Ecclesiasticis demandamus. Omnes autem Confessarii, seu Patres Monasteriorum, diligenter ad clausuram attendant; contravenientes superioribus deferant, ipsimet etiam eam observent, nec nisi in casibus à jure concessis intrent: minus cum Monialibus aut Laicis, secumve dispensare attentent, sub pœnis & censuris Canonicis, juxta constitutiones novissimas summorum Pontificum.

## DECRETVM III.

*De habitu religioso Monialium.*

**M**agnam vidimus diversitatem in his Monasteriis quoad habitum regularem,

cum is vol non secundum regulam servetur, vel non sit uniformis cum aliis locis ejusdem ordinis: Unde volumus, ut omni exemptione seposita, is sit habitus singulis Professis, Novitiis, & Virginibus Laicis, quem regula præscribit, & usus in aliis Monasteriis reformatis habet, modestiæque ac humilitatis religiosa commendat.

## DECRETVM IV.

*De puellis, in Monasteriis educandis.*

**Q**uamvis nullo Concilii decreto, aut alio jure prohibeatur, quo minus puellæ in Monasteriis Monialium educantur, si eadem Monasteria ante concilium Tridentinum consueverint hujusmodi puellas recipere; decrevit tamen sacra congregatio, ne citra suam, & Superioris (qui respectu non exemptarum est Ordinarius, respectu exemptarum Prælati Regularis) licentiam scriptam, consensumque Monialium capitulariter, & per suffragia secreta datum, admittantur. Ubi verò admittæ fuerint, statuit, ut in loco separato, tam à dormitorio Monialium, quam à loco in quo ipsæ Moniales vacare operibus manuum solent, habitent; communi victu utantur; eandem servent clausuræ legem, quam Moniales ipsæ, & si semel dimittæ exierint, nullam habeant revertendi facultatem. Vestitu incedant conveniente virginali illarum modestiæ ac pudicitæ, præcis inanis deliciis nigri tantum, vel fusci, aut etiam albi coloris sit vestitus totus; non fericas vestes adhibeant, & nullo prætextu exquisito utantur ornatu, vel modernis mundanis vanitatibus aptato; nec cincinnatæ incedant, neque monilia, neque inaures, aut ejus generis inanes delicias ferant: nullas secum adducant famulas sine speciali congregationis licentia: non admittantur minores septem annis, neque ultra 25 ætatis annum in Monasteriis manere possint; sine speciali dictæ congregationis indulto: Nullæ etiam alterius religionis ullo modo recipiantur sine Nostri expressa licentia.

## DECRETVM V.

*De indulgentiis.*

**C**um etiam ab usum videamus, & decreta Nostri Synodalia de indulgentiis, quæ à sede Apostolica obtinentur, sine Nostro consensu ac præscitu, juxta constitutiones Pontificum, non promulgandis, non observari sentiamus: hinc districtè iterum mandamus omnibus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum locorum Rectoribus, ut intra mensis spatium Nobis originales literas exhibeant earum indulgentiarum, quæ adhuc durant, vel non revocata sunt, vel termino annorum nondum elapsa, adhuc vigent: nec ullas in posterum promulgent,



mulgent, ac divulgent, priusquam Nobis vel Officiali Nostro debitè exhibitæ sint, & ad publicandum approbata.

#### DECRETVM VI.

**C**Um etiam sanctissimus Dominus Noster Papa Alexander VII, ut modernarum Ecclesiæ, tum belli, tum pestis necessitarum à Deo removendarum, remedium facilius certiusque impetrari possit, generale jubilæum, liberaliter thesaurum Ecclesiæ spiritualem dispensando, concesserit, prout per alias Nostras patentes propediem publicari faciemus: hinc volumus ut omnes & singuli Pastores populum ad pietatem, pericula belli & pestis amovenda, tantumque thesaurum lucrandum, serîo instruant, hortentur, ipsique suo exemplo in jejuniis & orationibus præeant.

*Leto hoc decreto subiecit Illustrissima sua Celsitudo:*

*Charissimi, Cogitate hoc medium acceptabile pro salute vestra & populi vobis commissi. Cogitate necessitates Ecclesiæ, dum Catholici Reges vel inter se dissident, ac seciunt armis, vel ab Hæreticis, imo Turcis infestantur, ac opprimuntur, & orthodoxa fides multis in locis vel eliminatur, vel periclitatur. Quare populum etiam vobis commissum diligenter instruite, ad devotionem incitate, vosque illum bono exemplo zelosè provocate; ne hostibus tam feris superioribus, belli incommoda iterum etiam ad nos revertantur.*

#### DECRETVM VII.

##### De peste.

**V**idemus iram Dei vicinam foribus Nostris se insinuare, dum lues Epidemiæ in circumjacentibus Provinciis sævè crudeliter grassatur: Quare dicti curati tanto magis populo pericula ante oculos proponunt, pœnitentiam inculcabunt, ad devotionem excitabunt; præter ea, etiam illas quas ante duos menses aliis nostris decretis pro avertenda hac lue fieri preces ordinavimus, diligentissimè usque ad Nostram revocationem observari volumus. Specialiter verò attendent, ut si quis aliquo morbo corripiatur, statim confessionem peragat, & sacram Eucharistiam sumat: modum verò ulterius ægroto tam quoad spiritualia quam temporalia providendi, supra à Nobis indicatum, nullatenus quicunque curam animarum habet intermittat.

*Hic denuo sua Celsitudo interlocuta est.*

*Similiter, Charissimi Fratres, pensate, pensate securim ad radicem vestram positam; periculum imminet ne arbor brevi cadat, vel in Austram, vel in Aquilonem. Maxime Pastores diligenter sibi caveant, & ægros non negligant; quia obligationem habent, reddiduri rationem Deo, si anima pereat, ac Nobis, si non debitum præstent officium.*

*Monendus populus ut preces diligentius ad Deum fundat, vicinaque loca & commercia cautè devitet: Si lues pestifera in aliqua parochia inceperit, quod Deus avertat, grassari, Pastor statim teneatur sub pœna notificare Officiali secularibus, à quibus Nos informationem habebimus, remediisque debita ordinabimus.*

#### DECRETVM VIII.

**C**Um deprehendamus non sine magna peccandi occasione, & animarum periculo, nuptias post contracta sponsalia etiam inter plebejos (qui sæpe status sui periculum non expendunt, nec errore quodam ducti agnoscunt) in longum tempus differri, interim multos familiaritate sua abuti. Nos, quantum in Nobis est, huic malo occurrere cupientes, monemus omnes animarum Curatores, ut ad hujusmodi mala diligenter attendant, Superioribus denunciarent, & quantum in ipsis erit persuadere contentur, ut juxta Concilii Tridentini decreta, & Agendam nostram Osna-brugensem, quam primum fieri potest, sponsalibus contractis, matrimonium in facie Ecclesiæ solennizetur.

#### DECRETVM IX.

**C**Um etiam in ultima Synodo Nostra autumnali, urgentibus de causis, ad plurima evitanda scandala, & tollendos abusus maturo judicio & consilio vestro statuerimus, ne quisquam Parochorum diebus Dominicis & Festivis matrimonio solennizando assistat, neque Sacramentum Baptismi, extra necessitatis casum, infantibus scilicet notoriè de vita periclitantibus, administret: Nos autem non sine animi dolore, & iusta indignatione intellexerimus, ex Diaboli instinctu saluberrimum hoc Nostrum decretum ab intento scopo sinistrè detorqueri, dum Sacramentorum administratio in profanum quidem diem differtur, convivium verò non minus quam ante hac in Festis & Dominicis instituuntur, ac celebrantur. Quoniam verò ex inordinata hac agendi ratione, non solum in Sabbathis & Vigiliis, occasione munerum præceptum Ecclesiæ carniæ esu violatur, verum etiam debitus dictis festis diebus Dei cultus in comotationes & commellationes cum læsione Divinæ majestatis commutatur; quin etiam probi ab officiis divinis vel abstrahuntur, vel impediuntur. Præter hæc personæ ipsæ Matrimonii sacramentum postera die recepturæ, ad illius virtutem, quæ divina gratia est, per dictos prævios excessus, & forsitan peccata, inhabiles, imo indignas se efficiunt, potiusque iram divinam ac maledictionem, quam benedictionem super se inducunt. Hinc Nos pro munere Nostro Pastoralis damnatos istiusmodi abusus



sus & scandala, quantum in Nobis est eradicare satagentes, mandamus omnibus & singulis Decanis & Pastoribus sub triginta Imperialium pœna proposita, ne quisquam eorum post commellationes istas, personis ejusmodi dicta Sacramenta, nisi Deo & Ecclesiæ per Pœnitentiæ sacramentum, & sacram synaxin prius reconciliatis, administret: Volumus insuper ut hanc Nostram voluntatem, quisque Parochianis suis ad animarum salutem promovendam, Dei iram avertendam, ac vitanda

scandala innumera debite infinuet, atque sine omni respectu per omnia observet.

*Decretis lectis, aliisque quæ necessaria videbantur actis, rogata est de more per Promotores dimissio Synodi, quæ præmissis usitatis Cerimoniis subsæcuta, novaque ad feriam tertiam post Dominicam Oculi indicta.*

*Alterâ die cantatum sacrum pro Defunctis per R<sup>mum</sup> D. Jacobum Abbatem Iburgensem, præsentem in Cappa I. S. C. quæ postmodum solemnem absolutionem subjunxit.*

**E**T quia ego CHRISTIANUS BROCKMAN, Pastor in Wahlenhorst, à supra memorato R<sup>mo</sup>. & Ill<sup>mo</sup>. Præside in Actuarium hujus sacre Synodi deputatus fui, & omnibus in ea actis interfui, iccirco in fidem eorundem propria manu subscripsi. acta sunt hæc A. C. MDCLVI, die, mense, & loco quibus supra; præsentibus R<sup>do</sup>. & eruditiss. D. D. Antonio Sollinger, & Nicolao Schenberg, Cathedralis Ecclesiæ vicariis, ac respectivè Sacrifano & Notario publico, testibus ad hoc specialiter requisitis ac fide dignis.

CHRISTIANUS BROCKMAN;  
Pastor in Wahlenhorst, & Actuarium  
causarum Ecclesiasticarum, ad hoc  
specialiter deputatus, subscripsit.

F I N I S.









A P P E N D I X  
C O N S T I T U T I O N U M  
S Y N O D A L I V M  
O S N A B R V G E N S I V M,

Sub Reverendissimo ac Illustrissimo

PRINCIPE AC DOMINO

D. F R A N C I S C O  
G V I L I E L M O,

EPISCOPO OSNABRUGENSI,  
RATISBONENSI, MINDENSI,  
AC VERDENSI,

S. R. I. Principe, Comite de Wartenberg & Schaumburg,  
Domino in Wald & Hachenburg, &c.

Post, celebratam Anno Christi M. D. C. LIII. IV Martii,  
Synodum, promulgatarum.



APPENDIX

CONSTITUTIONVM

SYNODALIVM

OSNABRUGENSIVM

Sub Reverendissimo ac Illustrissimo

PRINCIPIS AC DOMINI

D. FRANCISCO

GUILIELMO

EPISCOPO OSNABRUGENSI

RATISBONENSI MINDENSI

AC VERDENSI

S. R. I. Principis, Comitis de Wartenberg & Schanenburg,

Domini in Wald & Hachenburg, &c.

Post, celebratum Anno Christi M. D. C. LIII. IV. Martii

Synodum, promulgatum.



A D  
LECTOREM.

**H**abes, amice Lector, hoc volumi-  
ne, præter varias alibi ab Ill<sup>mo</sup>  
& R<sup>mo</sup>. D. D. FRANCISCO  
GUILIELMO, Episcopo Osna-  
brugensi, &c. celebratas Synodos; in sola hac  
Dieceſi novem ab anno 1628 uſq; ad 1653.  
Quo fructu animarum apud ſibi commiſſos,  
qua conſolatione ſua ſpirituali, quo progreſſu,  
promotioneque tum Catholicæ religionis, tum  
etiam Eccleſiaſticæ diſciplinæ, hoc exempla  
& experientia docent: adeò ut inde etiam  
plurimi Eccleſiarum Germaniæ noſtræ Emi-  
nentiffimi, Sereniſſimi, ac Illuſtriſſimi Anti-  
ſtites moti, copiam tam ſalutiſeræ functionis,  
munerisque Episcopalis adminiſtrati, expe-  
tierint, exemplar haud dubiè ſuo tempore  
ſecuturi. Unde cum ſæpeſatus Illuſtriſſimus  
noſter laborem hunc Paſtorales juxta anti-  
quiſſima ſtatuta metropolitica Coloniènſia,  
hujusque Eccleſiæ conſuetudinem annuè bis  
vineæ ſuæ ſpirituali, Cleroque ſuo chariſſimo  
paternè à ſupradicto anno 1653, hætenus  
impenderit, & ulterius quantum vel vires



permitterent, vel necessitas exiget, ipse per se,  
& per suos ministros sit impensurus: Hinc  
nos, quæ hucusque in similibus consensibus  
salubriter & zelosè acta & statuta sunt,  
summo studio collegimus, & similiter, quem-  
admodum priores constitutiones, in lucem  
danda censuimus; prout vel Nos, vel Suc-  
cessores nostri, non intermitteremus etiam ulte-  
riora publico bono suo tempore evulgare: In-  
terim hisce frueri, & vale. Quod tibi à Deo  
precamur. Iburgi, 20 Maji, 1656.

*Rmæ. & Illmæ. Sux Celsnis. Sacellani,*

IACOBVS BVCKENFORT,  
V. I. Candidatus, Collegiatæ  
Ecclesiæ Imperialis ad vete-  
rem Capellam Ratisbonæ, &  
in Vreden respectivè Schola-  
sticus & Canonicus, nec non  
Illmæ. suæ Celsnis. Consiliarius  
Ecclesiasticus, Capellanus ma-  
jor, Magister Cæremoniarum,  
& Eleëmofynarius, ac autho-  
ritate Apostolicâ Notarius.

BERNARDVS DVITHE,  
SS. Theologiæ Candidatus,  
S. Ioan. Euang. Ratisbonæ  
Canonicus, Illmæ. S. Celsnis.  
Capellanus, Bibliotheca-  
rius, Caudatarius, & No-  
bilium Epheborum instru-  
ctor.

D I OE-



DIOECESANA SYNODVS  
OSNABRVGENSIS  
DECIMA QVINTA,

Præfidente Reverendissimo & Illustrissimo  
PRINCIPE AC DOMINO,

D. F R A N C I S C O  
G V I L I E L M O,

EPISCOPO ECCLESIARUM  
OSNABRVGENSIS, RATISBONENSIS,  
MINDENSIS AC VERDENSIS,

S. R. I. Principe, Comite de Wartenberg, & Schaumburg,  
Domino in Wald & Hachenburg, &c.

C E L E B R A T A

Anno M D C LVI, die XXI Martii, quæ erat feria  
tertia post Dominicam Oculi, &c.







# ORDO ET CÆREMONIÆ SYNODI



**C**onvocatis, ut moris est, ordinaria auctoritate omnibus in Synodo comparere obligatis; citatione etiam ad varias majores Ecclesie Cathedralis aliquot diebus ante affixâ, Illustrissima sua Celsitudo prœdixit Synodi, nempe 19 Martii, quæ fuit Dominica Oculi, post prandium ad se vocavit omnes & singulos Archidiaconos presentes, & absentium Commissarios, ut vigore sui muneris Archidiaconalis, quilibet rationem redderet de reijuncta sibi per Diœcesin commissa, & quid sibi pro beno Diœcesis videretur in proxima Synodo statuendum, panderet.

Similiter 20 Martii prœdixit Synodi, ad horam tertiam, cum Consiliariis Consistorii sui Episcopalis, de Synodo, ad Ecclesiasticæ disciplinæ reformationem, commodius instituenda pluribus egit: Cui Confessui interfuit etiam Reverendissimus Dominus Ægidius, electus Episcopus Aureliopolitanus, Osnabrugensis novus Suffraganeus, qui prœdixit Coloniâ advenerat. Interim ab horâ quartâ ad quintam solennis fuit campanarum in omnibus Ecclesiis compulsatio; Advenere etiam Decani Rurales, alique de Clero, quibus omnibus accessus ad I. S. C. patuit, ut Ecclesiarum & subditorum suorum statum exponerent, simulque monerentur de disciplinæ Synodalis tabella accuratè observanda.

Die 21 Martii, feriâ scilicet tertiâ post Dominicam Oculi, quæ ordinaria Vernali Synodo statuta dies est, horæ aliæque officia divina in omnibus Ecclesiis sunt maturius inchoata; ab horâ sextâ ad septimam compulsatæ solemniter majores campanæ; convenit totus Clerus in Ecclesiâ Cathedrali; horâ septimâ instituta secundum consuetudinem processio, ad adducendum ex residentia Illustrissimum, qui post cathedrale capitulum immediatè secutus est, comitantibus hinc inde, in suis habitibus violaceis, rochetis, mantelleris & pileo quadrato atque pectorali cruce, R<sup>mo</sup>. D. Joanne Episcopo Sebastensi, & Monasteriensi Suffraganeo, nec non antememorato R<sup>mo</sup>. D. Ægidio, electo Aureliopolitano, & Suffraganeo Osnabrugensi, ad cuius consecrationem, 25 Martii in festo Annunciationis B. Mariæ Virginis, solemniter instituendam, pro assistentiâ dictus R<sup>mus</sup>. Sebastensis maturius advenerat: Alter vero R<sup>mus</sup>. D. Adamus Episcopus Hierapolitanus, Suffraganeus Hildesimensis citatè Assistens vocatus, post Synodum comparuit.

In Ecclesia ordo præcedentium Synodorum observatus, sacrum etiam de Spiritu Sancto solenne ab ipsâmet I. S. C. decantatum est, communicque Clero universo ut alias distributa: sessionem dicti R<sup>mi</sup>. Suffraganei habuerunt à latere Epistole Altaris cum sede genisflexorio panno seu tapeti obducto.

## SESSIO PRIMA.



**P**ost sacrum Missæ Synodus cœpta est juxta præscriptum Pontificalis Romani, & morem hujus Ecclesie: Locus Synodalis unicuique idem fuit qui antehac; Illustrissimus confedit ante medium altaris in faldistorio elevato, prædicti R<sup>mi</sup>. Episcopi utrimque lateris clausere, uno gradu inferiores sedibus paratis.

Mox Synodus aperta est, deputati Promotores D. Joannes Jodocus à Ledebur, Cathedralis Ecclesie Thesaurarius; & Bernardus Matthiæ à Campo SS. Theologiæ Doctor, Illustrissima sua Celsitudo Consiliarius Consistorialis, & Canonicus ad S. Joannem. Secretarius Conradus Burenus ad S. Joannem Canonicus. Actuarius Christianus Brockman Pastor in Wahlenhorst. Notarius Synodi, in absentia Gerardi Brickwedde ægroti, pro hac vice designatus est Conradus Modeman, Cathedralis Ecclesie Vicarius.

Posteaquam Ill<sup>mus</sup>. Synodum assatus est per verba; Venerabiles Sacerdotes &c. & per primum Promotorem decretum de non discedendo lectum, recitatus est totius Cleri Osnabrugensis, qui de jure vel consuetudine Synodo interesse tenetur, Catalogus, quem Ill<sup>mus</sup>. constituta jam pace, & rehabito archivio ac documentis magno studio colligi, & conscribi fecit, ad perpetuam memoriam, juris etiam, quod nunc magnam partem novæ sectæ in religione impediunt, conservationem.

Hoc lecto catalogo duplicem Ill<sup>mus</sup>. ostendit dolorem, quem ex epus recitatione susceperat. Alterum, quod tot insignes Parochiæ, imo integri Decanatus & districtus, pulchra aliquando Ecclesie Osnabrugensis membra, novæ sectæ sustulerint. Alterum, quod multi sine legitimâ excusatione, ut contumaces & refractarii, neglectè vocantis viri Pastoris voce, non comparuerint; pœnis debitè mulcendâ. Mox etiam secundus Promotor contra absentium



sentium contumaciam institit ut in aliis Synodis.

Hic exorsus est Ill<sup>mo</sup>. sermonem Synodalem, atque ob oculos posuit, quantum à triginta & ultra quibus præest annis in reducenda Ecclesiastica disciplina, in reformandis Clericorum moribus laboraverit, habitis tum per se ipsum plurimis, tum per alios multis exhortationibus, missis etiam epistolis pastoralibus, aliisque actibus quæ ad eum finem proficua videbantur. Quorum omnium quis tandem extitisset fructus requisivit. Continnavit sermonem u'tra horam & mediam.

Finita concione postquam primus Promotor Synodam allocutus esset, Secretarius etiam Synodi accepisset à D. Officiali decreta generalia quæ quotannis legi consueverunt, obtenta ad eorum promulgationem ab Ill<sup>mo</sup>. licentiâ, ea ex pulpito recitavit.

Ad decretum septimum, de oratione pro defunctis, lecta sunt eorum nomina; nempe Reineri Otens, Collegiæ Ecclesiæ S. Joannis Canonici, & Gerardi Reinartz, Beneficiati in Rittberg: moxque Ill<sup>mo</sup>. genuflexus incepit Psalmum Miserere, colle tamque subjunxit.

Ad decretum octavum, de professione fidei facienda. Eandem duodecim tum Curati tum simpliciter Beneficiati, inter quos duo etiam fuerunt Canonici de Capitulo Cathedrali, nempe, D. Theodorus Henricus à Nehem, & D. Adolphus Henricus Droste, publicè coram Ill<sup>mo</sup>. emisserunt.

Ad decretum undecimum, de Decanis ruralibus. Cum quidam ex illis resignatione aut alias mutati essent, sequentes à S. C. de novo constituti sunt. Nempe,

Ad Furltenaviensem, Ioannes Wenninck, Sanctimonialium in Berfenbruck Ordinis Cisterciensis, Confessarius. Item,

Ad Gronbergensem, Joannes Brogberen I. V. L. Pastor in Rimlo. Similiter,

Ad Rittbergensem, Engelbertus Steincamp, Pastor in Civitate ibidem.

Drovis sic Decanatus, D. Ioannes Sprengertus, Canonicus Widenbrugenfis, nomine Christophori Strengeri Decani ibidem præstatum est ratione Decanatus Rittbergenfis noviter ab I. S. C. constituti, & antehac cum Widenbrugenfi conjuncti.

Ad quod I. S. C. revulit, absolutam sibi esse potestatem Decanatus instituendi, augendi, minuendi, conjungendi, separandi; proinde non esse quod quisquam ob qualemcumque mutationem moveretur; sed quilibet de cura sibi commissa sollicitus, subjectis intenderet, ut debitam rationem & Deo, & I. S. C. reddere possit.

Ad decretum duodecimum, de Camerariis: Hi similiter ex eisdem causis novi constituti & nominati sunt. Nempe,

In Furltenaviensi, P. Gerardus Iodoci Soc. IESV, Vicecuratus in Battberg. Similiter,

In Gronbergenfi, P. Henricus Frey Soc. IESV, Vicecuratus in Melle. Denique,

In Rittbergenfi, Ioannes Richter, Pastor in Nienkercken in eodem Comitatu.

Mox tam Decani quam Camerarii, qui ratione sui officii juramenta sua & professionem fidei nondum emisserant, ad ea coram Ill<sup>mo</sup>. emittenda, per Secretarium evocati sunt, sed ne sessio nimium protraheretur, mandavit Ill<sup>mo</sup>. ea coram Officiali in loco Synodali præstari, & interim in actionibus pergi.

Lectis proinde ulterius decretis, cum instaret medium primæ, descendit ex suggestu Secretarius, petens ab Ill<sup>mo</sup>. S. C. indicem secundam Sessionem à prandio, quæ ad horam tertiam indicta, & prima hæc, ut in aliis Synodis, dimissa est. Mox Vesperæ in choro cathedrali inchoatæ; omnes præterea, præsertim Rurales, per S. C. Cæremoniarium ad mensam in residentia Episcopali invitati sunt, sub qua prælectus est sermo Synodalis aliàs ab Ill<sup>mo</sup>. habitus in Synodo Vernali, Anno M. DC. LI.

## SESSIO SECUNDA.



Vm à medio tertiæ ad tertiam majori campana denuo signum datum esset, Ill<sup>mo</sup>. ad portam majorem Ecclesiæ Cathedralis, comitantibus dictis D. D. Suffraganeis, à Capitulo suo de more exceptus, deductusque ad chorum incepit secundam Sessionem, ubi omnia juxta priorum Synodorum ordinem peracta.

In loco Synodali habitus iterum ab I. S. C. sermo, cum magno rerum ac verborum pondere, animique contentione: de pastorali cura ac solitudine spirituali omnium Ecclesiasticorum, tam quod ad se quam quo ad sibi commissos habenda.

Finito sermone Secretarius petiit legi specialia decreta pro hac Synodo confecta; quæ sequuntur:

DECRE-



## DECRETA SPECIALIA

## PRO SYNODO VERNALI

Anni 1656 promulgata.

## DECRETVM PRIMVM.

**R**æcipua Nobis cura esse debet, ut in hoc loco veneranda Ecclesiæ universalis præcepta ritè observentur; Cumque à redivo Nostro ipsamet experientiâ didicerimus, dies festos ab ipsismet Catholicis, non, uti decet, observari; Volumus ut omnes Pastores, & Ecclesiarum Rectores curent, ut diebus festis qui de præcepto sunt, in Civitatibus quidem etiam Ruralibus, ubi tot personæ sunt, aut esse debent, matutinæ vel laudes, aut earum loco primum Sacrum in hyeme, id est, à festo omnium sanctorum usque ad Pascha, horâ sextâ: reliquâ vero anni parte, horâ quintâ, media prius horâ signo dato, decantetur; deinde universaliter & ubique hora convenienti ante meridiem summum sacrum, cum Concione ad populum, & processionibus, (si habendæ sint,) integrè & solenniter habeatur; Post prandium verò diebus Dominicis Catechismus, etiam si paucissimi tantum compareant vel pueri, vel Seniores, nunquam intermittatur. Hora tertia vespere etiam iis diebus, uti & festis fori quibuscunque (aut ubi id fieri nequit) cum recitatione Rosarii aut alia quavis devotione, ut cantando Litanias, aut Salve Regina, aliasve antiphonas B. Virginis de tempore, celebrentur; ut ita populus ab inerti otio, aut inutili conversatione, nedum periculosos ac scandalosis occupationibus abstrahatur. In festis vero Devotionis, quæ in Calendario sub literis F. D. designantur, non nisi ante prandium usque ad horam duodecimam sit obligatio cessationis ab operibus servilibus. Utque populus eo magis excitetur, Pastores in festis huiusmodi Devotionis non tantum Sacrum solenniter decantabunt, sed etiam aliquo tempore pro Concione dicent. Festa cuilibet loco propria ut Patronorum Ecclesiæ, ac Dedicacionis ejusdem, solenniter tota die, ut supra diximus, peragantur, cum cessatione ab operibus servilibus, servando sacra, orationes & alia per diem. In quo se Pastores, Viciniq; Ecclesiastici sedulos præsent, alter alteram, quantum sine detrimento suæ Ecclesiæ fieri potest, juvent, exemploque suo populum ad pietatem inducant, ac Ecclesiæ, & Diocesis necessitates Deo commendent. Cum etiam Majorum nostrorum diligentia, pro majori promovenda in similibus festis, ex concursu frequentiori populi, pietate, institue-

rit Nundinas multis in locis: sed pro dolor, refrigescente zelo, malitia hominum crescente, ac Diaboli fraudibus, videamus ea, quæ causâ devotionis instituta sunt, nunc conversa in occasionem peccatorum ac scandalorum; Hinc tales nundinas & mercaturas à cœmiteriis, cum per eas tantum processiones impediantur, divinaque turbentur, omnino amoveri mandamus: In quo Pastores suam diligentem curam adhibeant, invocato etiam brachio sæculari Nostrorum & aliorum, quorum interest, Officiarum. Quomodo autem, & quando tales nundinæ mercatusque celebrandi sint, propediem per Nostros Officiarios Politicos in hac Nostra Provincia, mandata Nostra regulamenta que publicari faciemus. In festis vero designandis & celebrandis omnino observetur præfatum Calendarium Nostrum Osnabrugense, cujus singuli Pastores domi suæ unum, & in Sacristia vel Ecclesia alterum affixum habeant, pro sua & populi necessaria informatione ac meliori directione; cui etiam Calendario nemo contravenire præsumat.

## DECRETVM II.

**E**T ne in Ecclesiæ Hierarchia confusio suboriat, monemus omnes Viros Religiosos, eorumque Superiores, etiam autoritate tum Apostolica, tum respectivè Nostra ordinaria mandantes, ut dies festos tam chori quam fori Ecclesiæ & Diocesis hujus, ad quos, juxta præscriptum Concilii Tridentini, & declarationes Cardinalium, aliasque Papales constitutiones, tenentur, debite & accurate, tam quo ad Officium, quam sacra in suis Ecclesiis observent, cum id ad uniformitatem cleri, populique ordinatam pietatem ac devotionem cedat.

## DECRETVM III.

**U**Tque eò major & uniformior in festis sit devotio, permittimus, ut Pastores extra Civitatem, & ubi subditi statim Nos, vel Vicarium in spiritualibus Nostrum accedere non possunt, sine gravi canonica causâ (quam prudenti eorundem judicio & conscientie committimus) Parochianis suis, ut diebus festis minoribus, ob necessitatem aliquam post horam duodecimam pomeridianam laborare possint, nonnunquam in iis, quæ sine damno magno moram non patiuntur, concedant:

Hi



Hi, si testimonium Pastoris afferant, nequam eujusquam mulctæ subiaceant, pro ut etiam de jure & fori, & poli immunes sunt. Quamvis alias in puniendis hujusmodi excessibus ac Prævaricatoribus (quos Pastores etiam denunciare teneantur) pœnâ maximè Ecclesiasticâ, subordinatos Nobis serio in Domino hortamur, diligentiamque commendamus.

#### DECRETVM IV.

**E**T quia restitutâ nunc Germaniæ pace, & publico exercitio, non decet ab Universali Ecclesiæ piis ritibus, & consuetudine deviare; Mandamus, ut non tantum generales ab Ecclesia præscriptæ, sed etiam particulares ejusque loci Processiones, cum debita devotione, & ædificatione proximorum celebrentur. Declaramus autem generales, ab omnibus ubique Catholicis observandas processiones quæ sequuntur:

In solennitate, vel festo Purificationis.

In Festo Palmarum.

In Festo S. Marci Euangelistæ.

Tribus diebus Rogationum.

In solennitate Sanctiss. Corporis Christi.

In tribus Dominicis post festum Corporis Christi, dictæ die Hagelsfeyr.

In Dedicatione & Patrocinio Ecclesiarum, falvis ubique particularibus devotionibus. Processiones autem hujusmodi omnes & singulæ, cum debitis, approbatis, vel præscriptis cantionibus ritibusque, & servato populi ordine fiant, amotis scandalis, potationibus, comestionibus, aliisque non licitis, vel pietatem aliorum impediens, pro ut ante hac constituimus; in quo Pastores sedulo attendent, errantesque corrigent, incorrigibiles aut eorum graviores excessus deferent.

#### DECRETVM V.

**H**vc etiam spectat cultus templorum, ac sacrarum imaginum, qui, si modeste & graviter observetur, ac omnia munda & nitida sint, multum ad devotionem facit; uti, si in vanitates & inutiles ornatus degeneret, aut particularis aliquis affectus, ac phantasia concurrat, noxius est. Hinc præter ea quæ Conc. Trid. Sess. 25 disponit, Nos, cum ornatum (quem pro more & vanitate horum temporum in populo videmus) etiam statuis præsertim B. Virginis adhiberi dolenter conspiciamus; omnem illam vanitatem vestium, ipsaque collaria, pileos, crines item veros, aliaque similia quam primum omnino tolli mandamus, sub pœnis Rectoribus Ecclesiarum imponendis. Prohibemus similiter tempore Quadragesimæ vestes illas albas, quibus ex abusu imagines

capite tenus obducuntur, & devotionem nullam excitant: sed cum juxta ritum Romanæ Ecclesiæ, & antiquissimam consuetudinem aliarum, eo jejunii tempore tegendæ sint, totæ etiam obducto velo cooperiantur. Porro, ut melius constent Sedis Apostolicæ declarationes circa cultum sacrarum imaginum, definitionem atque binas bullas novissimas Urbani VIII Pontificis hæc promulgamus, serioque omnibus quorum curæ est demandamus, ut templa, altaria, ornamenta, ac vasa sacra, pro eâ, quæ rem tantam decet, reverentiâ & majestatem, nitida & munda servent & habeant.

*Hæc in fine  
hujus Syno-  
di ponun-  
tur sub litte-  
ris A.B.C.*

#### DECRETVM VI.

**Q**Vandoquidem sine temporalibus subsidiis Ecclesiæ conservari vix possunt, & notabilè damnum ex considerata alienatione bonorum hætenus fenserunt; nulli liceat inconsulto summo Pontifice aut Nobis, bona quæcunque vel in perpetuum, vel ad tempus alienare, aut quovis modo diminuere: & quidem nunquam, nisi in evidentem Ecclesiæ utilitatem vel necessitatem, cujus cognitio ad Nos, & ad nullum inferiorem vigore Canonum spectat.

#### DECRETVM VII.

**Q**Vamobrem volumus, ut Decani locorum singulis annis bis, in vere & autumnò fabricam Ecclesiarum & quarumcunque domum ad eam spectantium assumptis peritis visitent, & si quæ emendanda judicaverint, illico demandent: Et quod si Pastores, Æditui aut Ludimagistri, vel quicumque Ecclesiarum ministri, vel ipsi Beneficiati in eo negligentes fuerint, Nobis in Synodo denuncient, ut auctoritatem Nostram interponere, aut etiam, si quem interim mori contigerit, ex hæreditate damnum resarcire valeamus.

#### DECRETVM VIII.

**V**Tque & Nobis, & Successoribus Nostris tantò accuratius constare possit quæ bona, domus, agrive ad Ecclesias, earumque proprietatem, aut protectionem spectent, & omnis ansa imminuendi præscindatur: Volumus ut singuli Decani intra tres menses, id est ad festum S. Petri Apostoli, designationem omnium ædificiorum & agrorum ad Ecclesias, earumque Rectores vel Ministros spectantium, cum suis limitibus ac juribus specificè designatis, in quorum possessione sunt, aut esse debent, Nobis deferant ad Archivium

repo-



reponendam, retentâ pro se & successoribus suis copiâ, quam in certum librum diligenter describi, quilibet curabit. Proinde omnibus ac singulis Pastoribus, Capellanis ac Beneficiatis in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœnis etiam ac Ecclesiasticis censuris mandamus, ut intra hoc tempus sine mora sub fide sacerdotali ac juramento, quo Deo, Ecclesiæ suæ, ac Nobis obligati sunt, talem designationem diligenter, sincerè, ac sine fraude conficiant, Decanisque suis exhibeant Nobis transmittendam: morosi vero pœnam 24 florenorum aureorum etiam irremissibiliter experientur.

## DECRETVM IX.

**I**mmunitas Ecclesiastica in asyllum pœnitentiæ ac protectionem innocentiam introducta, nulla ratione servare debet defensionem improborum, minus occasio esse impune scandala patrâdi, iramque Dei in patriam, Nosque ipsos provocandi: Quare omnes de publicis criminibus famosas, vagas, ignotas suspectasque personas utriusque sexus, & quæcunque sint, inter has præcipuè eas, quæ aliquando lapsæ fuerunt, declaramus immunitatis Ecclesiasticæ incapaces, ita ut five in cœmeteriis, aut domibus Ecclesiasticorum deprehendantur, à Ministris Nostri Ecclesiasticis & Laicis, quibus commitemus, sine ulteriori via juris extrahi & exturbari liberè & licitè possint.

Repetimus quoque ex causis animum Nostri moventibus decretum antehac etiam promulgatum, ut nullus Ecclesiasticorum cuiuscunque status & conditionis sit, familiam alienæ religionis suscipere, aut alere præsumat, cum parum inde commodi, sed magnum scandali aut obrectationis periculum oriatur.

## DECRETVM X.

**M**agna, ex Ecclesiasticorum malâ vitâ, scandala, & ex rarâ conscientiam purgatione pericula generari, exempla, heu! nimium docent. Quare repetimus leges Nostrias sæpius promulgatas, de menstrua singulorum confessione, & testimoniorum exhibitione, quem in finem certam formulam præscripsimus, quam Confessarii observabunt; Designabitque quilibet ex vobis in scripto, & Officiali Nostro consignabit ante abitum ex hac Synodo stabilem aliquem Confessarium, cuius hæcenus usus sit, vel de cætero constanter in viâ spiritali necessariâ directione uti velit.

Forma: Ego infra scriptus testor R. D. N. mihi hac N. die, Mensis N. sacramentaliter

confessum, atque à me legitimè absolutum. Signatum N. die qua supra, anno N.

Ita testor  
N. N. N. Ordinis N.  
Conventus N.  
vel Pastor N. in N.  
vel Capellanus N. in N.

Peractâ decretorum lectione, Illustrissimus dato signo per Officialem præsentem interrogari fecit, num quid ulterius proponendum restet. Tum mota per aliquos est quæstio, an habitantes in Parochiis Acatholicis, ab aliis, quam eis, quibus Parochiæ illæ sunt commendatæ, absolvi valeant.

Ad quod I. S. C. respondit non posse, eò quod nullis aliis, nisi quibus Parochiæ illæ commendatæ sunt, in istiusmodi personas competat jurisdictio; nisi de illorum consensu quibus commissæ sunt animæ.

His ita constitutis conclusio hujus, & indictio proximæ Synodi per Promotores de more rogata, quæ, præmissis consuetis cærimoniis, precibus & aliis finita, & nova in feriam tertiam post festum S. Remigii, quæ est dies tertia Octobris indicta, præsensque cum benedictione dimissa est, ea tamen lege, ut craftinâ omnes pro defunctis celebrent, & non nisi sacro solenni pro iis in Cathedrali decantato recedant.

Altera die hora septima, Illustrissimo impedito ex invaletudine aliquâ, cantatum sacrum pro defunctis per Reverendissimum Episcopum Sebastensem, ad quod frequentes de Clero convenerunt.

Denique cuius petenti ad I. S. C. accessus datus est, ad proponenda gravamina, & mandata privata excipienda.

Cum etiam in hac Synodo vernali in consueto scrutinio Decanorum, à plerisque propositum & dubitatum fuerit; an obligatio festorum, quæ in Calendario vocantur Devotionis, in hac Diœcesi sit sub peccato mortali? Quam dubitationem Illustrissima sua Celsitudo auditis rationibus ita declarandam existimavit; Quod quidem Pastores locorum, & quorum est officium divinum peragere, obligare intendat ad divina ante meridiem cum quadam adhortatione, & Processionibus consuetis, ubi incidunt, juxta decreta hujus Synodi, celebranda. Laici vero sub peccato non constringantur, ut hujusmodi divinis intersint, aut ab opere servili abstineant: Ut tamen laudabilis hæc Ecclesiæ consuetudo reducatur, dat & reservat sibi potestatem absentes, aut contravenientes, præcipuè verò, & præ aliis eos, qui, dum Processio aliqua per agros aut domos transit, cum scandalo laborant, exemplariter mulcandi. Vnde mandat omnibus Ecclesiarum Rectoribus,



bus, ut non tantum hora solita signum ad divina officia per solennem campanarum compulsum dari faciant, sed etiam pro concione & alias graviter inculcent dierum istorum festivitatem & particularem ex Ecclesie instituto devotionem; & licet non

tota die sub æquè gravi culpa feriandum sit, sub divino tamen officio, cui interesse sub pœna temporali teneantur, eoque in templo durante laborare nefas esse, ideoque à pœna non fore immunes.

*Et quia ego CHRISTIANUS BROCKMAN, Pastor in Wahlenhorst, ab alte-memorato Reverendissimo & Illustrissimo Præside in Actuarium hujus sacræ Synodi deputatus fui. & omnibus in ea pertractatis interfui, idcirco in fidem eorundem propria manu subscripsi. Acta sunt hæc anno salutis MDC LVI, Pontificatus SS. D. N. Alexandri VII anno 11, die, mense & loco quibus supra. Præsentibus venerabilibus D. D. Antonio Sollinger, & Nicolao Schaberg, Cathedralis Ecclesie Osna-brugensis Vicariis, & respectivè Sacristano ac Notario publico, testibus ad hoc specialiter requisitis, & fide dignis.*

CHRISTIANUS BROCKMAN,  
Pastor in Wahlenhorst, & Actuarius  
causarum Ecclesiasticarum ad hoc  
specialiter deputatus, subscripsit.



DEFI.



A.

## D E F I N I T I O

Quoad imagines nondum à Sede Apostolicâ Canonizatorum, vel Beatificatorum cum radiis, splendoribus, & laureolis proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorum sepulchra apponenda & cum attestationibus, desuper proponendis, recipienda & asservanda, sive eorum miracula in imprimendis libris enarranda. Feria v. die XIII Martii Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1625.

In Generali Congregatione S. Romanæ & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Vaticano coram S. D. N. D. Urbano divinâ providentiâ Papa VIII ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, adversus Hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à S. Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

**S**anctiss. D. N. sollicitè animadvertens abusus qui irrepsérunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defunctis, qui etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolicâ Sede, eorum tamen imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula & revelationes, aliaque beneficia, à Deo per eorum intercessionem accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra, tabellæ, imagines & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades & alia lumina apponuntur.

§. 1. Volensque proinde huiusmodi abusus, pro debito officii Pastoralis, occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus, communicata, & mature considerata, ac discussa declaravit, statuit & decrevit, ne quorumvis hominum, cum Sanctitatis, seu Martyrii fama, quantacunque illa sit, defunctorum imagines, aliaque prædicta & quodcunque aliud, venerationem & cultum præ se ferens & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis tam sæcularibus, quam regularibus, cujuscunque Religionis, Ordinis, instituti, congregationis, aut societatis apponantur, antequam ab Apostolicâ Sede canonizentur, aut Beati de-

clarentur, & si quæ appositæ sunt, amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

§. 2. Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorundem hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii fama vel opinione, ut præfertur, celebres è vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis, Theologos, aliosque pios ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinceps fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet. Revelationes verò & miracula aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam & gesta continentibus, hætenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque sua Sanctitas

§. 3. Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque imagines, ex cerâ, aut argento, seu ex aliâ quacunque materia, tam pictas, quam fictas, atque exsculptas appendi aut affigi, & lampades, sive alia quæcunque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra facienda, Sedique Apostolicæ referenda ac probanda.

§. 4. Declarans, quod per suprascripta, præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Ecclesiæ con-

b

sen-



senſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientiã, ac tolerantiã Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii, coluntur.

§. 5. Vt autem præmiſſa diligentius obſerventur, univérſis, ac ſingulis, tam Ordinariis, quam hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, ut in ſua quilibet Diœceſi, vel Provinciã ſedulò pervigilent, ne ſine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, revelationes ac beneficia prædicta publicentur, aliavè contra ſuperius diſpoſita ſiant.

§. 6. Transgreſſores verò, ſi Regulares fuerint, privationis ſuorum officiorum, ac vocis activæ, & pãſſivæ, nec non & ſuſpenſionis à divinis: Si verò Clerici Sæculares, privationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis à divinis & ab adminiſtratione Sacramentorum, executioneque ſuorum ordinum reſpectivè, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

§. 7. Qui autem libros impreſſerint aut imagines pinxerint, ſculperint, ſeu quoquo-

modo effinxerint, vel formaverint, ceterique Artifices circa præmiſſa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis, juxta criminis gravitatem, eorundem Ordinariorum, ſeu inquiſitorum arbitrio afficiantur.

§. 8. Contrariis quibuſcunque non obſtantibus.

§. 9. Et ne præmiſſorum ignorantia poſſit ab aliquo prætendi, voluit, ut Decretum hujusmodi, ſeu illius exemplum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum urbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perinde arctet, atque afficiat, ac ſi unicuique perſonaliter intimatum fuiſſet.

§. 10. Quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem proſus fides habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

*Io. Antonius Thomafius, S. Romane & Univerſalis Inquiſitionis Not.*

### Sequitur declaratio præinfertæ prohibitionis.

**P**oſtmodum verò idem Sanctiſſ. D. N. à quibuſdam revocari in dubium accepit, an Tabellas & Imagines, quas in poſterum offerri contigerit, recipere & antea oblatas conſervare liceret, Sua Sanctitas, quæ tantum modò voluit, occurrendo abuſibus, qui irrepere videbantur, certiorẽ parare viam ad eorum in terris gloriam, quorũ ſanctimoniam divinæ clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare; re prius cum illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquiſitoribus communicatã, præſenti decreto declaravit. Quod ſicut nunquam prohibuit, nec ſuæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum & Imaginum hujusmodi, ita, ut nulli deinceps hæſitationi locus relinquatur, ſtatuit in præſentiarum & decernit, ut quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium locumve alium publicum ſecularem, ſeu regularem Tabellas, & imagines, aliudve ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos vel Beatos non adſcriptorum,

quamvis cum Martyrii, vel Sanctitatis famæ demortuorum, optata ſe impetraviſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiarum locorumve prædictorum curæ Præpoſitis, Tabellas & imagines ſive pictas, ſive ex quavis materia fictas, atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque, qui conſcii fuerint attestationibus accipere, atque approbationibus Ordinariis, ad quos referre ſtatim omnia teneatur, in ſecreto aliquo, ſeorũ ab Eccleſia, loco cuſtodire, ibidemque jam amota collocare & aſſervare, ut ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi Sanctitatis qualeſcunque probationes, Apoſtolicæ Sedis judicio tunc examinandæ, contrariis quibuſcunque non obſtantibus.

*Io. Antonius Thomafius, S. Romane & Univerſalis Inquiſitionis Not.*

D E-



B.

## DECLARATIO AC CONFIRMATIO

Decretorum editorum circa Imagines Defunctorum nondum à Sede Apostolicâ Canonizatorum, cum splendoribus aut laureolis non proponendis, & processus pro eorum Beatificatione, aut Canonizatione conficiendos.

V R B A N V S P A P A V I I I.

Ad futuram rei memoriam.

**C**oelestis Hierusalem Cives, quorum gloriosis nataliis Sancta lætatur Mater Ecclesia, sicut hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ ministerio à piis utriusque sexus Christi fidelibus venerantur in terris, ita Romanum decet Pontificem militantis Ecclesiæ Regimini divinâ providentiâ præpositum, pro suo præcipuo honoris Domus Dei zelo invigilare, ne quid in personarum cum sanctitatis aut Martyrii famâ, vel opinione defunctorum memoriam five cultum, inconsultâ Sanctâ Sede prædictâ innovetur.

§. I. Aliàs siquidem Nos sollicitè advertentes abusus, qui irrepserant, & irrepere non cessabant in colendis quibusdam cum Sanctitatis aut Martyrii famâ vel opinione defunctis, qui, etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti essent ab eadem Sede, eorum tamen imagines in Oratoriis, atque in Ecclesiis aliisque locis publicis, atque etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponebantur, miracula & revelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessionem accepta in libris eorum ab ipsius gestarum enarrabantur, & ad illorum sepulchra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades & alia lumina apponebantur: Volentesque proinde hujusmodi abusus pro debito officii Pastoralis occurrere, re etiam cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis, communicatâ & maturè consideratâ, ac discussâ: de eorundem Cardinalium consilio sub die 13 Martii 1625, declaravimus, statuimus & decrevimus, ne quorumvis hominum cum Sanctitatis, seu Martyrii famâ (quantacunque illa esset) defunctorum imagines, aliaque præfata & quodcunque aliud venerationem & cultum

præ se ferens & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis, tam sæcularibus, quàm regularibus, cujuscunque religionis, ordinis, instituti, Congregationis aut Societatis apponerentur, antequam ab Apostolicâ Sede canonizarentur, aut beati declararentur, & (si quæ appositæ essent) amoverentur, prout eas statim amoveri mandavimus. Ac pariter imprimi de cætero inhibuimus libros eorundem hominum, qui Sanctitatis, five Martyrii famâ vel opinione, ut præfertur, celebres è vita migravissent, gesta, miracula vel revelationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios ac doctos viros in consilium adhiberet: & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novi & inordinati in re tam gravi committeretur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmitteret, ejusque responsum expectaret: Revelationes verò & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam gestaque continentibus, eatenus sine recognitione atque approbatione hujusmodi impressa erant, nullo modo approbata censeri volumus mandavimusque. Ad horum hominum sepulchra vetuimus etiam, ac inhibuimus tabellas atque imagines ex cera aut argento, seu ex aliâ quacunque materiâ tam pictas quàm fictas, atque exsculptas appendi, seu affigi, & lampades, five alia quæcunque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino prout supra, faciendâ, Sedique Apostolicæ referendâ ac probandâ. Declarantes quod per supra scripta præjudicare in aliquo noluimus neque intendimus iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientiâ ac tolerantia præfata Sedis Apostolicæ, vel

b 2

Ordinarii



Ordinarii celebrantur. Cumque postea die 2 Octobris ejusdem anni 1625 à quibusdam revocari in dubium accepissemus, an tabellas & imagines, quas impostero offerri contingent, recipere & antea oblatas conservare liceret. Nos, qui tantummodo volumus, occurrendo abusus qui irrepere videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divinæ clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare: re prius cum eisdem Cardinalibus communicata, de simili eorum consilio declaravimus, quod sicut nunquam prohibuimus, nec intentionis nostræ fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum & imaginum hujusmodi, ita ut deinceps nulli dubitationi locus relinqueretur. Statuimus & decrevimus, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum sæcularem seu regularem tabellas & imagines, aliudve simile quispiam deferret ac intercessione hominum inter Sanctos vel Beatos non adscriptorum, quamvis eam Martyrii aut Sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse diceret, liceret Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumve prædictorum curæ præpositis tabellas & imagines sive pictas, sive ex quavis materia factas, atque alia quæcunque collaræ gratiæ fidem facientia simul cum deferentis, aliorumque qui conscii fuissent, attestationibus recipere atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia tenerentur, in secreto aliquo seorsum ab Ecclesia loco custodire, ibidemque jam amota collocare & aservare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis seu Canonizationis honore in terris decorare voluisset, extarent hujusmodi Sanctitatis qualescunque probationes Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Denique verò, ut ejusmodi decreta observarentur indubiè, ac commodam fortiterentur executionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorundem consilio præmissis addidimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne extunc deinceps quispiam Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum, super alicujus utriusque sexus, cum Sanctitatis aut Martyrii fama vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliisve ejusmodi Sanctitatem redolentibus, ex integro, informationes quoquo modo reciperet aut processum instrueret, vel hucusque receptas informationes, instructumve processum ulterius prosegueretur, nisi postulator prius per legitimam juridice susceptas probationes circa personam ejus, de cujus miraculis, revelationibus, aliisve rebus gestis sanctitatem præ se ferentibus ageretur, præscriptam in præfato nostro decreto formam omnino servatam extitisse docuerit; & nisi postea successive idem Ordinarius, aut

ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatus, diligentè præhabita disquisitione circa eandem personam, supracitato decreto nullatenus contraventum esse, ritè pronunciaverit: Vtque id inviolabiliter observetur, statuimus insuper ac decrevimus, ne transmissi ad urbem undecunque hujusmodi processus, à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minusve Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in Sacrorum Rituum Congregatione, alio sejunctim oblato authentico processu, ex eo Ordinarius, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum ritè ac rectè, ut præmittitur, cognovisse ac pronunciavisse prælibato decreto nequaquam contrarium esse plenè constiterit, ac deinde à Nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisset. Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in prædicto decreto intelligi declaravimus esse tempus, centum annorum metam excedens: Deque his, atque infra scriptis omnibus, quæ in his decretis disposita & ordinata sunt, aliqua suboriente difficultate, Ordinariis locorum & delegatis Apostolicis quibuslibet omnem omnino interpretandi facultatem adimus: Iutque Sedem Apostolicam desuper confulerent, ab eaque responsum expectarent, mandavimus eisdem & aliis, prout in decretis desuper editis plenius continetur.

§. 2. Quare inviolabili decretorum prædictorum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio & ex certâ scientiâ, ac merâ deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, decreta prædicta, cum omnibus & singulis in eis contentis, tenore præsentium perpetuò approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omniaque & singula decreta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, observari omnino præcipimus sub pœna nullitatis, quarumcunque informationum, processuum, ac interpretationis aliter, quam præviâ superscriptâ præcognitione instructorum, eorumque admissionis, publicationis, aut interpretationis; ita ut earundem informationum receptiones, processuumve instructiones, nec non eorum admissiones, ac publicationes & interpretationes habeantur pro non receptis, non instructis, non admisis, non publicatis, non interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus alicubi unquam haberi debeat.

§. 3. Decernentes præsentis litteras, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes, ad præmissa vocati, & auditi, minusque cause, propter quas eadem præ-

sentes



fentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato & substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates & quævis alia servanda & adimplenda, servata & adimpleta non fuerint; aut ex quovis alio capite à jure, vel factò, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ & totius læsionis, aut quocunque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causâ, etiam quantumvis iusta, rationabili & privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostrâ hujusmodi & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcunque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ, remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentis sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, seu semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere, ac per omnes & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis, per quoscunque Iudices Ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. Ecclesiæ Auditores, etiam de latere legatos & Nuncios & alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causâ & instantiâ, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere: irritum quoque & inane, si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archi-Episcopis, Episcopis & aliis locorum Ordinariis, nec non dilectis filiis nostris & Apostolicæ sedis Nunciis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ubilibet existentibus, per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque præsentis litteræ Nostræ ad eorum, & cujuslibet eorum no-

titiam pervenerint, in sua quisque respectivè Diœcesi, vel Provincia sedulo pervigilet, ne sine approbationibus prædictis imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliavè contra superius disposita fiant. Transgressores verò, si regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ & passivæ, nec non suspensionis à divinis: Si verò Clerici sæculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum respectivè aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impresserint, aut imagines pinxerint, sculpsierint, seu quoquo modo effixerint, vel formaverint, cæterique artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis juxta criminis gravitatem, eorundem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contradictores quolibet & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, omni & quacunque appellatione, recursum & reclamatione remotis compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

§. 7. Ut autem præsentis & in eis contenta quæcunque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætere possit, volumus pariter & mandamus, quod eadem præsentis per aliquem, seu aliquos ex Curforibus nostris ad Ecclesiæ Lateranensem, & Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur & publicentur, & cum inde amovebuntur, earundem exempla, in eisdem locis affixa dimittantur: quæ sic publicatæ & affixæ post duos menses à die publicationis computandos, omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ & notificatæ fuissent.

§. 8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5 Julii 1634. Pontificatus nostri anno undecimo.



C.

## C O N S T I T V T I O

Circa formam &amp; habitum sacrarum imaginum.

V R B A N V S P A P A V I I I .

Ad futuram rei memoriam.

**S**acrofancta Tridentina Synodus optimè agnoscens non leve scandalum afferre posse, si quid inordinatum, aut præposterè accommodatum, vel profanum in Ecclesiis appareat, statuit nemini licere ullo in loco, vel Ecclesiâ etiam quomodolibet exemptâ, ullam insolitam imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab Episcopo approbata fuerit.

§. 1. Cum autem, sicut accepimus, ex prædicti decreti inobservantiâ variis abusus irrepserint: Idcirco Nos abusus huiusmodi tollere, pro debito Pastoralis officii Nostri volentes, re etiam cum venerabilibus Fratribus Nostri, S. R. E. Cardinalibus, sacris ritibus præpositis, communicatâ, & maturè consideratâ ac discussâ, inhærendo dictæ dispositioni Sacro-Sanctæ Tridentinæ Synodi, motu proprio & ex certâ scientiâ Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne quis cuiuscunque gradus, qualitatis, ordinis, statûs vel conditionis, ac dignitatis & præminentie etiam Ecclesiasticæ, etiam individua ac speciali expressione dignæ existat, imagines Domini Nostri JESU CHRISTI, & Deiparæ virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum aliorumque Sanctorum & Sanctarum quorumcunque sculperè aut pingere, vel sculpi aut pingi facere, aut ante hac sculptas vel pictas, aut aliàs quomodolibet effectas tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu & formâ, quàm in Catholicâ & Apostolicâ Ecclesiâ ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis tenore præsentium prohibemus: ac ut imagines aliter pictæ vel sculptæ ab Ecclesiis & aliis locis quibuslibet amoveantur, & deleantur, vel reducantur, & refoventur ad habitum & formam, in Ecclesiâ Catholicâ & Apostolicâ ab antiquo tempore consuetam, ut veneratio & cultus sic dictis imaginibus augeatur, & quæ oculis fidelium subjiciantur, non inordinata nec insolita appareant, sed devotionem pariant, & pietatem. Et ne exponantur in Ecclesiis quibuslibet ac quomodolibet qualificatis, ac earum frontispiciis, &

atriis imagines profanæ, vel aliàs indecentiam & inhonestatem præ se ferentes, cum domum Dei deceat sanctitudo, præcipimus. Quocirca quibuscunque venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac Nostri & Apostolicæ Sedis Nunciis, & Legatis etiam de latere, sub obtestatione divini iudicii mandamus, ut prædicta inviolabiliter & exactè observent. Mandamus insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium & majorum, ac Universitatibus etiam Studiorum, Monasteriis ac Collegiis, & personis quibuscunque etiam Ecclesiasticis, secularibus, & Regularibus cuiuscunque ordinis, etiam Cisterciensis, instituti, Congregationis, & Societatis etiam JESU, etiam militaribus, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, aliarumque Militiarum, ac cæteris quibuscunque quomodolibet qualificatis, ac etiam individua expressione, & speciali notâ dignis, ac Monialibus etiam Regularium gubernio subiectis, ac etiam Sedi Apostolicæ immediatè suppositis, uti in eorum Ecclesiis & locis omnia & singula præmissa observent, & observari faciant.

§. 2. Quatenus vero ipsi, præsertim Regulares ac Moniales, præsentibus literis ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint & debeant Episcopi & locorum Ordinarii, Metropolitanis, Primates, Patriarchæ, Nuncii & Legati Apostolici de latere missi, tanquam in hoc à Sede Apostolicâ specialiter delegati, contra omnes & singulos prædictos, & quoscunque alios, quomodolibet inobedientes, & transgressores procedere, & quacunque appellatione, recurso, reclamatione, aliisque juris & facti remediis ordinariis & extraordinariis penitus & omninò remotis, ad omnimodam observantiam, illos præviâ unicâ monitione, censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & præsertim quoad loci Superiores etiam privationis officii, & vocis activæ & passivæ pœnis compellere.

§. 3. Præsentibus quoque literis, & in eis contenta quæcunque, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis aut nullitatis vicio,



tio, seu intentionis nostræ, vel quocunque alio, etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari vel redargui posse, sed illas semper validas, firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios effectus sortiri & obtinere, & ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi seu interpretandi facultate, & autoritate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 5. Non obstantibus sel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris Nostri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, in favorem etiam personarum atque Ordinum quorumcunque etiam Cisterciensis, ac tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam S. Joannis Hierozolymitani, Congregationum, Societatum etiam Jesu, ac cujusvis alterius instituti, etiam necessario & individue exprimentidi: Monasteriorum, Conventuum, Capitulum, Ecclesiarum & aliorum quorumcunque, tam sæcularium quam Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis & consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari magno, seu Bullâ aureâ aut alias nuncupatis, conservatorum deputationibus, eorumque

atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi & alii Ordinarii & Superiores prædicti deferre minimè teneantur, & quibusvis alijs, sub quibuscunque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicâ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis seu extensionis concessis & iteratis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens specialiter & expresse derogamus, Cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, volumus, & Apostolicâ auctoritate decernimus, ut præsentis literæ, seu illarum exemplum ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ affixa, omnes perinde ardeant atque afficiant, ac si univèrse personaliter intimatæ fuissent.

§. 7. Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ, in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 15 Martii Anno 1642, Pontificatus Nostri anno decimo nono.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Totius



Totius Cleri Ecclesiæ & Diœcesis Osnabru-  
genfis, tam Sæcularis quam Regularis,  
& utriusque sexus

C A T A L O G V S,

ID EST,

D E S I G N A T I O

Prælaturarum, Collegiorum, Monasteriorum, Singularumque  
Parochiarum, Capellanorum, ac Beneficiatorum, nec  
non Clericorum Alumnorum.



Enerabile Capitulum S. Petri  
Apostoli Cathedralis Ec-  
clesiæ.  
Abbas Monasterii S. Clemen-  
tis Papæ & Martyris in  
Iburg. Ordinis S. Benedicti.  
Præpositus Monasterii S. Laurentii Martyris  
in Claholt. Ordinis Præmonstratensis.

*Archidiaconi.*

D. Præpositus Cathedralis Ecclesiæ.  
D. Custos.  
D. Scholasticus.  
D. Cantor.  
D. Capellanus R<sup>mi</sup>. Episcopalis in Dissen.  
D. Capellanus R<sup>mi</sup>. Episcopalis in Melle.  
D. Præpositus Collegiæ S. Ioannis.  
D. Præpositus Widenbrugenfis.  
D. Præpositus Quakenbrugenfis.  
D. Decanus S. Ioannis.  
D. Abbatissa in Hertenbrock, Archidiacono-  
nissa.

*Commendatores.*

Commendator S. Ioannis Baptistæ in Lage,  
Ordinis Hierosolymitani seu Meli-  
tensis.  
\* Commenda in Esterwehe. Eiusd. Ordinis.  
Commendator S. Georgii Martyris, in Civi-  
tate Osnabrugeti, Ordinis Teuto-  
nici.

*Capitula Collegiarum.*

Capitulum Collegiæ Ecclesiæ S. Ioannis  
Baptistæ Osnabrugeti.

Capitulum S. Alexandri Martyris in Wildes-  
hausen.  
Capitulum SS. Ægidii & Caroli Confesso-  
rum in Widenbruck.  
\* Capitulum S. Sylvestri Papæ & Martyris in  
Quakenbruck.  
\* Capitulum B. M. V. in Drebber.

*Monasteria.*

Monasterium S. Clementis Papæ & Martyris  
in Iburg. Ordinis S. Benedicti.  
Monasterium S. Laurentii Martyris in Cla-  
holt. Ordinis Præmonstratensis.

*Collegia Patrum Societatis IESV.*

\* Collegium S. Ignatii Confessoris Osnab-  
brugi.  
Residentia eorundem Meppenæ.

*Monasterium.*

S. Crucis Ordinis Prædicatorum in Civitate  
Osnab.

*Monasteria Crucigerorum.*

\* Monasterium S. Crucis in Oisterberg, seu  
montis Orientis.  
\* Monasterium S. Crucis in Appelen.

*Monasteria Ordinis S. Francisci de  
strictiori observantia.*

\* Monasterium S. Francisci Confessoris in  
Civitate Osnabrugeti.  
B. M. V. in Civitate Widenbrugenfi.  
S. Ca-



S. Catharinæ Virg. & Mart. in Civitate Rittbergenfi.

S. Bernardini Confess. in Civitate Vechtenfi.

*Monasteria Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti.*

Abbatia Monasterii S. Christinæ Virginis & Martyris in Hersebrock.

Abbatia S. Gertrudis Virginis in monte prope Civitatem.

B. M. V. in Malgarden.  
B. M. V. in Ozede.

*Monasteria Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis.*

Abbatia Monasterii S. Vincentii Martyris in Bersebruck.

Abbatia S. Mariæ in Gravenhorst.

Abbatia B. M. V. in Kulle.

*Collegiata Ecclesiæ Virginum secularium.*

\* Abbatissa & Collegium S. Mariæ in Quernheim. Olim Ordinis S. Augustini Canonissarum Regularium.

\* Abbatissa B. M. V. in Borsfel olim Ordinis Cisterciensis.

\* Abbatissa B. M. V. in Leden, Olim Ord. Cisterc.

\* Abbatissa B. M. V. in Scholde vel Schalen olim Ord. Cisterc.

*Monasteria Virginum Ordinis S. Claræ.*

\* Abbatissa & Conventus S. Claræ Virg. in Civit. Osnab.

Abbatissa & Conventus S. Claræ Virginis in Civitate Haselunnensi.

*S. Augustini tertiæ regula.*

Mater & Monasterium S. Mariæ in Civitate Osnabrugensi, dictum Marienstett.

Mater & Monasterium S. Agnetis Virginis & Martyris in Civitate Widenbrugenfi.

*Tertiariæ S. Francisci.*

\* Conventus in Civitate Osnabrugensi, dictus in Bloemink.

\* Conventus ibidem dictus in Wetterinck.

*Beginagia.*

\* Beginagium in Civitate Osnabrugensi dictum in Halterinck.

Beginagium ad S. Iacobum ibidem.

**Parochiæ Diœcesis Osnabrugensis per Decanatus divisæ.**

*Decanatus Civitatis.*

**P**arochia SS. Crispini & Crispiniani Martyrum in Cath. Ecclesia. In Collegiata S. Joannis Bapt. in Civitate.

\* B. M. V. in foro, nunc commend. S. Catharinæ Virg. Mart. in Civitate, nunc commendata.

S. Dionysii Episcopi Martyris in Behlem.

S. Dionysii Episcopi Martyris in Biffendorff.

Nova Parochia ibid. nunc comm. S. Annæ viduæ in Dregerwaldt.

S. Georgii Martyris in Hopsten.

S. Calixti Papæ & Martyris in Rifenbeck.

S. Vdalrici Episc. Conf. in Rulle.

S. Laurentii Mart. in Schledchauf.

S. Alexandri Mart. in Wahlenhorst.

*Decanatus Iburgensis.*

Parochia S. Nicolai Episcopi Confessoris in Iburg.

S. Pancratii Martyris in Borchloë.

\* S. Georgii Martyris in Dissen, nunc commendata.

S. Iacobi Apostoli in Glaën.

S. Joannis Baptistæ in Glandorff.

S. Martini Episcopi Conf. in Hagen.

\* S. Joannis Bapt. in Hilter, nunc comm.

S. Urbani Papæ Mart. in Holte, nunc comm.

B. M. V. in Lahr.

S. Petri Apostoli in Ozede.

*Decanatus Widenbrugenfis.*

Parochia SS. Egidii & Caroli Confessorum in Civitate Widenbrugenfi.

c S. Lau-



- S. Laurentii Martyris in Claholt.  
 S. Pancratii Mart. in Güttersloh.  
 antiqua. V. M. V. in  
 Nova ibidem nunc commendata.  
 SS. Christinæ & Petronellæ. V. V.  
 M. M. in Hersebroek.  
 SS. Laurentii M. & Lamberti Episc.  
 Mart. in Langenberg.  
 S. Ioannis Apostoli in Rhede, nunc  
 comm.  
 S. Viti Mart. prope Widenbrugum.

*Decanatus Furstenauiensis.*

- \* Parochia S. Georgii Mart. in Furstenaw.  
 nunc commendata.  
 S. Ioannis Bapt. in Alfhausen.  
 S. Nicolai Episcopi Conf. Mart.  
 in Ankum.  
 S. Georgii Mart. in Battbergen.  
 antiqua.  
 Nova ibidem nunc commend.  
 S. Servatii Episc. Conf. in Ber-  
 gen, nunc comm.  
 S. Vincentii Mart. in Berfenbruck.  
 S. Ioannis Bapt. in Bippen, nunc  
 commend.  
 B. M. V. in Menslage, nunc com-  
 mendata.  
 S. Lamberti Episc. & Mart. in  
 Mersen.  
 S. Laurentii Mart. in Neukirchen  
 in Hulst.  
 S. Sylvestri Papæ Mart. in Colle-  
 giata in Quakenbruck, nunc  
 commendata.  
 B. M. V. S. Sylvestri, & quatuor  
 Doctorum Ecclesiæ nova Pa-  
 rochia ibidem.  
 S. Bartholomæi Apost. in Schwa-  
 storf.  
 B. M. V. in Vffelen, nunc comm.  
 S. Catharinæ Virg. & Mart. in  
 Voltlage.

*Decanatus Vordenfis.*

- Parochia S. Christophori Mart. in Vorden.  
 Nova eodem nunc commendata.  
 S. in Barekhausen, nunc  
 commendata.  
 S. in Bramsche, nunc com.  
 B. M. V. & S. Victoris Mart. in  
 Damme.  
 S. Ioannis Bapt. in Engter, nunc  
 comm.  
 S. Nicolai Episc. Conf. in Essen,  
 nunc comm.  
 B. M. V. in Gerde, nunc comm.  
 Sanctissimæ Trinitatis, & trium Re-  
 gum in Hunteborg.

- \* S. Ioannis Euang. in Lintorff, nunc  
 commend.  
 B. M. V. in Neukirchen prope Vor-  
 dam antiqua.  
 Nova nunc commendata ibidem.  
 S. Lamberti Episcopi Mart. in Of-  
 ftercappelen.  
 S. Walburgis Virg. in Venne, nunc  
 commendata.

*Decanatus Grönebergensis.*

- Parochia S. Matthæi Apostoli in Melle.  
 Nova Parochia ibidem commend.  
 S. Annæ viduæ prope Neukirchen.  
 S. Martini Episc. Conf. in Buer,  
 nunc commendata.  
 S. Petri Apostoli ad Vincula in Ges-  
 moldt.  
 S. Antonii Abbatis in Hoyel, nunc  
 commendata.  
 S. Christophori Mart. in Neukir-  
 chen prope Melle, nunc commen.  
 B. M. V. in Oldendorff, nunc com.  
 S. Ioannis Bapt. in Rinslo.  
 S. Bartholomæi Apostoli in Wel-  
 linckholthausen.

*Decanatus Emslandiæ Primarius.*

- Parochia S. Vincentii Mart. in Civitate Ha-  
 selunnenfi.  
 S. Ioannis Bap. in Berfen.  
 S. Viti Mart. in Boikloë.  
 S. Iodoci Confess. in Burger.  
 S. Nicolai Episc. Conf. in Herslake.  
 S. Clementis Papæ Mart. in Holte.  
 SS. Viti Mart. & Ioannis Apostoli  
 in Lathen.  
 B. M. V. in Lorepe.  
 S. Iacobi Apostoli in Soëgelen.  
 S. Sixti Papæ Mart. in Werlete.

*Decanatus Emslandiæ secundarius.*

- Parochia SS. Viti Mart. & Margaretæ Virg.  
 Mart. in Civitate Meppenfi.  
 S. Amandi Episc. Conf. in Aschen-  
 dorff.  
 S. Viti Mart. in Dorpen.  
 S. Martini Episc. Conf. in Haren.  
 S. Petri Apostoli in Heede.  
 S. Nicolai Episc. Conf. in Hesepe.  
 S. Laurentii Martyris in Landeck.  
 S. Nicolai Episc. Conf. in Rhede.  
 S. Georgii Mart. in Stenebiel.  
 S. Clementis Papæ Mart. in Wefewe.



*Decanatus Cloppenburgensis.*

- Parochia S. Andreae Apostoli in Civitate Cloppenburgensi, aliàs Crappendorff.  
 S. Viti Mart. in Aldenoite.  
 B. M. V. in Bassel.  
 S. Bartholomaei Apostoli in Essen.  
 B. M. V. in Frisoite.  
 S. Petri Apostoli in Lastrup.  
 S. Catharinae Virg. Mart. in Linderen.  
 S. Viti Mart. in Lohningen.  
 S. Ioannis Bapt. in Marckhausen.  
 S. Ioannis Baptistae in Molbergen.  
 S. Iacobi Major. Apostoli in Ramflo.  
 S. Petri Apostoli in Scharle.  
 S. Georgii Mart. in Strucklingen.

*Decanatus Vechtenfis.*

- Parochia S. Georgii Mart. in Civitate Vechtenfi.  
 S. Ioannis Bapt. in Backum.  
 SS. Petri & Pauli Apostolorum in Cappel.  
 S. Catharinae Virg. Mart. in Dincklage.  
 S. Margaretæ Vir. Mart. in Emslecke.  
 S. Gregorii Papæ Conf. in Goldenstett.  
 S. Laurentii Mart. in Langforden.  
 S. Gertrudis Virg. in Lohnen.  
 S. Iacobi Apostoli in Lutten.  
 B. M. V. in Oite.  
 S. Ioannis Bapt. in Steinfeldt.  
 S. Annæ Viduæ in Twistering.  
 S. Viti Mart. in Vestrup.  
 S. Viti Mart. in Visbeck.

*Decanatus Wildeshusanus.*

- \* Parochia S. Alexandri Mart. in Civitate Wildeshusana, nunc commend.  
 \* S. in Knoeten, nunc comm.  
 \* S. in Hüntlofen, nunc com.  
 \* B. M. V. in Westdrebber, nunc commendata.  
 \* S. in Westerstedde, nunc commend.

Et aliæ ex comitatu Oldenburgerfi, omnes nunc commendatæ.

- \* S. in Bernstorff, nunc com.  
 \* S. Matthæi Apostoli in Diepholt, nunc commend.  
 \* S. Iacobi Apostoli in Oistdrebber, nunc commend.

Et aliæ ex Comitatu Diepholtano, omnes similiter commendatæ.

*Decanatus in Principatu Frisia Orientalis.*

- \* Parochia S. in Bellingwolde.  
 \* S. in Berde.  
 \* S. in Bleisamen.  
 \* S. in Flachtmar.  
 \* S. in Hilgerlohe.  
 \* S. in Mittlingen.  
 \* S. in Stapelmohr.  
 \* S. in Vnischwede.  
 \* S. in Vollen.  
 \* S. in Wede.  
 \* S. in Winstedde.

Et aliæ omnes nunc commendatæ.

*Decanatus Rittbergenfis.*

- Parochia S. Ioannis Bapt. in Civitate Rittbergenfi.  
 S. Antonii Abbatis in Masthole.  
 S. Margaretæ Virg. Mart. in Newkirchen.  
 S. Annæ Viduæ in Varle.

*Decanatus Lingensfis.*

- Parochia SS. Bonifacii Episc. Marr. & Walburgis Virg. in Civitate Lingensfi.  
 S. Antonii Abbatis in Bakum.  
 S. Alexandri Mart. in Bawinkel.  
 S. Servatii Episc. Conf. in Beeften.  
 S. Gertrudis Virg. in Bramsche ad Amasim.  
 SS. Petri & Pauli Apostolorum in Brochterbeck.  
 S. Mauriti Mart. in Ippenbueren.  
 S. Benedicti Abbatis in Lengerke auff der Wallage.  
 S. Agathæ Virg. Mart. in Mettingen.  
 S. Viti Martyris in Plantunne.  
 S. Dionysii Episc. Mart. in Recke.  
 S. Ludgeri Episc. Conf. in Schapen.  
 S. Georgii Mart. in Tuinen.  
 S. Viti Martyris in Vreren.

Omnes ad tempus ab hac Diocesi autoritate Apostolica separatae.

*Decanatus Tecklenburgerfis.*

- \* Parochia S. in oppido Tecklenb.  
 \* S. in Cappelen.  
 \* S. in Lattberge.  
 \* S. in Ledde.  
 \* S. Marg. Virg. Mart. in Lengerike.  
 \* S. in Lienen.

c 2 in



\* S. in Lotte.  
\* S. in Werfen.

Et aliæ omnes nunc commendatæ.

### Decanatus Ravensburgensis.

\* Parochia S. in Bockhorft.  
\* S. in Borcholthausen.  
\* S. in Brauweile.  
\* S. in Broickhagen.  
\* S. in Darenberg.  
\* S. in Engeren.  
\* S. in Halle.  
\* S. in Hepen.  
\* S. in Hiddenhausen.  
\* S. in Iselhorft.  
\* S. in Iolenbeck.  
\* S. in Spenge.  
\* S. in Stenhagen.  
\* S. in Verfmolde.  
\* B. M. Virginis in Walenbrugge.  
\* S. in Werter.

Similiter omnes nunc ad tempus  
commendatæ.

### Decanatus Limburgensis.

\* Parochia S. Laurentii Mart. in Bunen.

\* S. Viti Martyris in Buninckhauf.

\* S. in Holthausen.

\* S. in Oldendorff.

\* S. Barthol. Apost. in Renckhausen.

Omnes similiter commendatæ.

### Confessarii Monialium.

Confessarius S. Agneris Widenbrugi.  
In Berfenbruck.  
Clarissarum Haselunnæ.  
Clarissarum Osnabrug.  
S. Gertrudis in Monte.  
In Gravenhorft.  
In Hertzebroock.  
In Malgarden.  
In Marienstett.  
In Ozede.  
In Rulle.

### Capellani Ipsorum.

Ad S. Gertrudem in monte.  
In Gravenhorft.  
In Hertzebroock.  
In Malgarden.  
In Ozede.

## Sequuntur Capellani Parochiales.

### Concionatores Cathedralæ Episcopalis.

**P**arochialis Capellanus in Ecclesia  
Cathedrali.

In Collegiata S. Ioannis  
Osnabrug.

\* In Collegiata S. Alexandri in Wildes-  
hausen.  
In Collegiata SS. Ægidii & Caroli in  
Widenbruck, primus & secundus.  
\* In Collegiata S. Sylvestri in Quaken-  
bruck.  
\* In Collegiata B. M. V. in Drebber.  
\* In Ecclesia Parochiali B. M. V. in Ci-  
vitate.  
\* In Ecclesia S. Catharinæ ibid.  
\* In Leprosorio prope Civitatem, in Sun-  
delbeck.  
In Südthausen.  
In Anckum.  
In Battbergen.  
In Berfenbruck.  
\* In Böffel.  
In Bramsche.  
\* In Buhr.  
In Cloppenburg.  
In Damme.

In Dincklage.

\* In Essen.

In Furstenaw.

In Haselunnen.

In Hersebroock.

\* In Leeden.

\* In Lengerke.

In Linge.

In Löhnen.

In Löhningen.

\* In Melle.

In Meppen.

In Oistercappelen.

\* In Quernheim.

In Rittberg.

\* In Scholde.

In Rulle.

In Tecklenburg.

In Vechta.

\* In Vorden.

In Wellinckholthausen.

### Vicarii Ecclesie Cathedralis.

Vicarius S. Annæ viduæ.  
Ascensionis Domini.  
S. Bartholomæi Apostoli.

S. Ca-



S. Caroli Magni Conf.  
 S. Crucis.  
 Decem millium Martyrum.  
 S. Dorotheæ Virg. Mart.  
 S. Elifabethæ Viduæ.  
 S. Gregorii Pont. Conf. primarius.  
 S. Gregorii Pont. Conf. secundarius.  
 Hebdomadarius.  
 S. Ioannis Euangelistæ.  
 S. Iodoci Conf.  
 S. Laurentii Mart.  
 S. Mariæ Magdalenæ.  
 S. Margaretæ Virg. Mart.  
 B. M. V. sub Turri.  
 Rector Capellæ S. Martini Episc. Conf.  
 Vicarius S. Matthiæ Apostoli.  
 Rector Capellæ S. Michaëlis Archangeli.  
 Rector Capellæ S. Nicolai Episc. Conf.  
 Vicarius Omnium Sanctorum.  
 Primus Quartista.  
 Secundus Quartista.  
 Tertius Quartista.  
 Quartus Quartista.  
 Quintus Quartista.  
 Sextus Quartista.  
 Septimus Quartista.  
 SS. trium Regum.  
 Venerabilis Sacramenti.  
 S. Sebastiani Mart.  
 S. Servatii Episc. Conf.  
 SS. Simonis & Iudæ Apost. primar.  
 SS. Simonis & Iudæ Apost. secund.  
 S. Stephani Mart.  
 SS<sup>mæ</sup>. Trinitatis.  
 Rector Hospitalis fraternitatis S. Viti Mart.  
 Vicarius S. Vrsulæ Virg. Mart.  
 Vicarius S. Martini in Curia Episcopali.

*Vicaria quondam ad S. Catharinam in Civitate Osnabrugensi, spectantes, nunc monasterio Marrienset ibidem incorporata.*

SS. Felicis & Adacti.  
 SS. Jacobi & Antonii.  
 B. Mariæ Virginis, & SS. Petri & Pauli, nunc S<sup>mæ</sup>. Mariæ Magdalenæ.

*Vicarii in Collegiata S. Ioannis.*

Vicarius S. Ægidii & Venerabilis Sacramenti secundarius.  
 S. Andreae Apost. & S. Dionysii Mart.  
 SS. Annæ & Brigittæ.  
 Rector Vicariorum Annunciationis B. M. V. & secundariæ omnium sanctorum.  
 Rector Vicariorum Annunciationis & S. Georgii Mart.  
 Rector Vicariorum Assumptionis B. M. V.

S. Bartholomæi Apost. & tertiariæ omnium Sanctorum.  
 Vicarius S. Catharinæ Virg. Mart.  
 SS. Cæciliæ & Agnetis VV. MM.  
 Rector Vicariorum secundariæ S. Crucis, SS<sup>mæ</sup>. Trinitatis, novæ; S. Crucis sub Turri.  
 Vicarius S. Eustachii & Quartæ Sblus Quartæ Godtscalci, & omnium Sanctorum.  
 S. Jacobi Majoris Apostoli.  
 Rector Vicariorum S. Mariæ Magdalenæ, & S. Vrsulæ Virg. Mart.  
 Vicarius S. Matthæi Apostoli.  
 S. Nicolai Episcopi Conf.  
 Omnium Sanctorum, & S. Michaëlis Archangeli.  
 Rector Vicariorum SS. Petri Apostoli, & Clementis Papæ Mart. & SS. Philippi & Jacobi Apost.  
 Vicarius Quartæ Stempelii.  
 Rector Vicariorum SS. Stephani Mart. Antonii Abbatis & Pauli Apostoli.  
 Vicarius SS. Sylvestri Papæ Mart. & Matthiæ Apostoli SS<sup>mæ</sup>. Trinitatis.  
 Venerabilis Sacramenti.  
 Rector Vicariorum SS. Viti Mart. & Margaretæ Virg. Mart. & S. Ioannis Euang.  
 Vicarius S. Vrsulæ Virg. Mart.  
 Vicarius ad S. Georgium Osnaburgi.

*Vicarii Collegiata Widenbrugenfis.*

Vicarius SS. Annæ Viduæ, Erasmi Episc. Mart. Liborii Episcopi Conf. Antonii Abbatis. Jodoci Conf.  
 Item SS. Barbaræ & Apolloniæ Virginum Mart.  
 S. Catharinæ Virg. Mart.  
 B. M. Virginis.  
 B. Mariæ, & S. Ioannis Bapt. Mariæ Magdalenæ, S. Stephani Mart. & Laurentii Mart.  
 SS. Nicolai Episc. Conf. Crispini & Crispiniani Mart.  
 S. Petri Apostoli.  
 Ibidem in templo B. Virginis.  
 S. Annæ Viduæ, Martini Episc. Conf. & trium Regum.  
 S. Crucis, S. Rochi Conf. & Margaritæ Virg. Mart.

*Vicarii Collegiata Quakenbrugenfis.*

\* Vicarius S. Antonii Abbatis.  
 \* S. Barbaræ Virg. Mart. primarius.  
 \* S. Barbaræ Virg. Mart. secund.  
 \* B. M. Virginis.  
 \* Item in sacello X millium Mart. B. M. V. \* S. Mar-



- \* S. Martini Episc. Conf.
- \* S. Nicolai Episc. Conf.
- \* Undecim millium Virginum Mart. \*  
primarius.
- \* Undecim millium Virg. Mart. se-  
cundarius.

*Sequuntur Vicarii diversi per Dica-*  
*cesin.*

- Vicarius S. in Arenshorff.
- S. Crucis in Aschendorff.
- B. M. V. ibidem.
- S. ibidem.
- S. ibidem.
- S. Catharinæ Virg. Mart. in Bakum.
- SS. trium Regum in Borcholthau-  
fen.
- S. ibidem.
- S. ibidem.
- S. Nicolai Episc. Conf. in Bocklœ. \*
- S. in Bramsche.
- S. in Damme.
- S. in Dincklage.
- S. Dionysii Episc. Mart. in Dissen. \*
- S. in Engter.
- S. Nicolai Episc. Conf. in Fresen-  
burg.
- B. M. V. in Frisoite.
- S. in Gelmoldt.
- S. in Glandorff.
- S. Nicolai Episcopi Conf. & Mariæ  
Magdalenæ in Haselunnen.
- B. M. V. Antonii Abbatis, & Elifa-  
bethæ viduæ ibidem.
- S. Annæ viduæ ibidem. \*
- In Capella Flechtman ibidem. \*
- S. Catharinæ Virg. Mart. in Holte.

- S. Antonii Abbatis in Höven.
- S. in Hünefeldt.
- S. Margaretae Virg. Mart. in Len-  
gerke prope Teckleburg.
- Secundarius ibidem.
- SS<sup>mæ</sup>. Trinitatis ibidem.
- S. Georgii Mart. ibidem.
- S. in Linen.
- S. Crucis, & S. Georgii Mart. in  
Linge.
- S. Ioannis Euang. ibidem.
- S. Martini Episc. Conf. ibidem.
- S. Andreæ Apostoli in Castro ibid.
- S. in Lohnen.
- S. in Löhningen.
- S. Annæ viduæ in Melle.
- S. in Menslagen.
- S. Annæ viduæ in Meppen.
- S. Crucis ibidem.
- B. M. V. ibidem.
- S. in Rhede.
- S. in Rittberg.
- S. in Steinefeldt.
- S. in Sudtholt.
- S. in Capella arcis Tec-  
kleburg.
- SS. trium Regum in Tunc.
- Undecim millium Virg. Mart. in  
Vechte.
- X millium Mart. ibidem.
- In Capella S. Antonii Abbatis ibid.
- In Capella S. Crucis ibidem.
- In Capella B. M. V. intra muros  
ibidem.
- S. in Visbeck.
- SS. trium Regum in Walenbrugge.
- S. in Watten.
- S. in Wellinkholthausen.

*Coll. s. J. Zadenbornæ 1663.*

F I N I S